



DIALOGVS DE MORTE, CVI TITVLVS EST GVGLIELMVS.

ARGVMENTVM DIALOGI.

NENIENS è Scotia anno M.D.LII. quærebam puerum Anglum; quem ducerem in Italiam. Cumque essem in vltima iam insulæ parte Doure, è regione Icij, flarentque venti aduersi, nona vix die vela pandere licuit. Pridie quam discederemus, exorto sermone de hoc, hospes ostendit mihi filium nomine Guglielnum, ætatis annorum duodecim, probum, scitulum, & parentibus obsequenter. Ausus paternus nomine Gregorius adhuc viuebat, & erat Ligur: pater Laurentius, familia nobili Cata-neorum. Fata illum intruserunt: quamvis enim egregia esset indole, neque tamen ego, neque illi hoc animaduerterunt, puerum nec Italicam communem, nec Latinam tenere linguam: nam si hoc ego considerassem, quod omnium malorum illi fuit initium, haud mecum deduxissem. Mane autem sequenti, cum de hoc solum vesperi verba fecissemus, pater dum eum deducere properat (iam enim nauis valde tempestiuè discedere properabat, metu piratarum) cecidit miser in littore, vt vix surgere potuerit à comitibus adiutus: quod etiam signum, vt ab eo audiui, parùm abfuit quin illum recipere recusarem. Sed cogitans quam alaci animo illum pater ob tulisset, non sum ausus id facere. Postquam trajeci mare, errorem meum agnoui: neque enim nisi nru illum aut intelligebam, aut ab illo intelligebar. Verùm virginibus fatis, quamvis consultò virgis illum nudum & sine causa verberasse, togans, illud quod solum didicerat, ex familiaribus vnu, Volgo Doura, id est Vis ire Douram: respondebar, quod solum norat, No, id est Non: rursus dicebat meus familiaris, Volgo Milan, id est, Vis ire Mediolanum? respondebar, Sic Itaque nolens eum adèò tristitia afficere, deduxi Mediolanum: sapienter in itinere leuissima causa eum virgis cædens acriter, vt redire vellet: nam Ioan. Angelum Anonum mecum habebam, qui vltro causa mea se obtulerat deducturum. Vbi Mediolani essem, nec ille quid veller, quidve pollicitus illi esset pater, intelligere poteram. Id tamen dum in itinere esset, accidit, vt nocte quadam, cum alias esset intrepidus, significaret, vidisse se mortui caput, faciemque: quod nos paruificimus: verùm vbi fuimus Mediolani, intelleximus patrem illius obiisse. Neque ergo mittere cum volui ad ludum literarium: de quo post, cum didicisset linguam, anno scilicet, fermè vno cum dimidio, questus est: nihil secus Musice, quod gens illa ei negotio apta videretur, tradi. Sed magister patrum sollicitus, quamvis anno vno decem acciperet coronatos aureos: & puer ad discendum valde deses fuit.

Inde cum libellum emissem, neque illi operam dabat, vt saltem legere disceret: erat enim immodicus societatis puerorum animator. Et quamvis ego negligens fuerim, ob multitudinem negotiorum in curando, vt diceretur: nihilominus hoc me solatur, quod apparuerit, ipsum ad omnia hæc satis ineptum esse: nihil secus fidus, obediens, probus & ingeniosus erat: optimaque videndi acie præditus, laborum patientis, nec vnuquam querulus: quas ob causas adèò à me diligebatur, vt nil magis: idq; etiam impensis, quod ab officio meo deficere videre. Verùm interim tot impedimenta ex filiis occursero, vt neque respirare potuerim, assidue modo vno modo altero vadas velut pristes exagitante: sèpe ambobus simul. Agebatur, ni fallor, sextus iam annus: at me pudebat tam male instructum dimittere, nec remuneratum: ob multas impensis, quas tunc facere cogebant filij. Blanditiis ergo retinui illum. Sed cum septimo exacto anno Papiani me receperissem, cogitans vt illi benefacrem, iam

proposueram aut aliquam artem disceceret, legere ac scribere, canere atque pulsare: quæ omnia facile facturus erat, quod iam paululum didicisset legere, & canere etiam mediocriter, & in domo victimum haberet ac vestitum: ars vero ipsa quam proposueram, erat caligatum formandatum, quæ admodum letis est, & etiam non adeò humili: sed fortuna quæ illius saluti & meis votis aduersabatur, effecit, ut statim miserabilis ille casus filii mei natu maioris accidernet. Ex quo coactus sum, toto anno operam dare conscribendo Theonostu: quod superaret, explicandæ Arti medicæ Galeni intentus: oblitusque sum rursus negotijs alumni mei. Post sex menses, conscripta magna parte Theonosti, eaque præcipue quæ de animorum immortalitate agit, rursus destinaueram sequi propositum: nam iam octauus annus à discessu ex Doura exatus erat, sed ob quasdam causas tum mihi valde graues, nunc mihi leuiores (ut in iuuenie, immo adolescentie, alumno, fido, mei amante, qui patrem auumque ac tres fratres ob mei amorem parum curauerat) visas, proposueram ipsum extra donum colligcare. Itaque dixi: Guglielmoe iam iuuenescis, nihilque didicisti: vt tamen ostendam quām te diligam: ego iturus sum Papiam, vt scis: si liber, in domo te artificis cuiuspiam collocabo: persoluati illi pro victu, vestiam te: vbi artem didiceris, vel numeratus dominum redibis: vel pecuniam tantam suppeditabo, ut mercaturam & artem simul exercendo, commode viuere possis. Placuit quod obtuleram: subiunxi tamen: Et interim festis diebus legere scribereque disces. Annuit. Sed quænam ars arridet? (tum vero erravi, laboriosissimam simplici iuueni offerendo) vestiariæ? Annuit, atq[ue] eo libentius, quod iam cum vestiario meo s[ecundu]m colloquutus erat, M. Antonino Daldo. At ego eundem illum ei præposui: quo factum est, vt cum ille iam rem notam haberet, statim de precio conuenerit, ut triginta duos coronatos post sex menses illi numerarem. Atque hic secundus error: debueram tñim in singulos annos (nam de tribus annis conueneramus) solùm tertiam partem pecuniæ numerare. Sed & tertius error: nam Papiæ, vbi habitare solebam, non Mediolani, illum collocare debui. Quartus etiam error fuit, quod in domo non tam fiduci alumnū, contemptis erroribus adolescentia (postquam nec de periculo vitæ, nec honoris mei, nec forrunarum aut coniuncti agebatur, creditum fidei meæ à patre tam facili, retinere debui, aut dimittere non nisi ad domum propriam debueram. Venere sex menses: vafet ille vir blandiebatur iuueni optimo: id ego cernens esse è re sua: nec quicquam fraudis suspicatus, ex me familiaque mea & conturbernalibus iudicium de aliis faciens numero triginta duos coronatos. Ille per se statem, quod ei esset r[ati]o exiguum, adolescentem dicit ad ludos: sensimque ex vestiario custodem vineæ facit. Simul etiam, si opus erat, redibat eadem die (aberat enim locus paulo plus duobus M.P. ab urbe) atque noctem suendo consumebant. Saltabat præterea cum rusticis, amore pueræ ardens. Itaque dum Mediolani essem, febrire cœpit. Venit ad me: neglexi rem, multis causis: tum quia ipse parum conquerebatur: tum quod causam morbi ignorarem fuisse labores superfluos, & insolationes: tum quod apud me cum agrotasset bis aut ter simili febre, quarta aut quinta die relevatus esset: tum denique, quod & filius & puer fugam arripuissent. Quid plura: cum tamen sanguinem mitti iussissem, post quatuor dies veniunt nocte rogantes ut eum inuisere vellem: parum enim, iudicio suo, illi supeteſſe vitæ. Corripuerat eum conuulsio, sensimque amiserat Ego tamen pugnauit cum morbo, ac relevatus est: coactus autem sum Papiam redire, ob profitendi munus. Is vero, cum iam è lecto surgeret, celebravit quasdam nuptias herus suus, coegeruntque illum in apotheca dormire: vbi ex frigore & mala victus ratione, cum miser sero destinasset Papiam venire, gravatus est rursum morbo. Ibi impius ille dominus suus, ad xenodochium transferri iussit: ex quo tum vi morbi, tum angore animi, tum nocturno frigore correptus, sequenti manè obiit. Hoc casu adeò perculsus sum, ut dices filium mihi alterum obiisse.

Igitur cum nullum huic dolori solarium inuenit, sed vigilarem, cogitarem, nec unquam ea cura me linqueret, ad solidum præsidium me conuerti, ut ratione cum sensu pugnarem, & memoriam nominis illius æternam facerem: cum minoris famæ longe spe multi, voluntariam & acerbam etiam mortem iuuenes ac diuites subierint. Itaque h[ic] exordior.

PERSONÆ DIALOGI.

HIERONYMVS CARDANVS.
IOANNES PETRVS ALBVTIVS.

 ALDE admiror, ô amice, hunc tuum dolorem : vt qui alios consolari soleas, tu tam paruo succumbas. Memento quāta de Consolatione scripsieris, quām fortiter filij casum tuleris, & quidem acerbū, tot tantaque alia prudenti animo maiora: hic casum familiaris & ignoti tam turpiter deploras, vt tria maxima pericula subeas. Prīmū, ne te amentem dicant: secundum, ne suspicentur in deliciis hunc iuuenem habuisse, vel etiā habere: tertium, ne Dei iram aduersus te pronoces. Filium vnicum habes in carcere, quod pro medicamento est, vt dicis: iudica quantus sit morbus, cuius medicamentum adeò acerbū est: & luges familiarē morbo extinctum, torus in illum intentus. Pudeat te (liberè, vt soleo, tecū loquar) vel tanti criminis, vel tanti omnis (quaerat absint) vel tantæ stultitiae. CARD. Pudet me sanè, & maxima ex parte vera te dicere: intelligo : nec tamen dolori resistere possum, cùm dies noctesq; nil aliud cogitans, inter tot ærumnas, peruigil ab hora noctis decima, qui solitus sim ad multam diem (nisi interpellent negotia: & si interpellent, nunquam ante duodecimam) dormire, illius effigie imaginari non desino, & facta mea ac socordiam accusare, non minus quām si volens sciensque occidisse, velut Alexander Clitum, & Solimanus puerum, quem in deliciis habebat suo illo puluere hic, vino ille temulentus. Quamobrem supplicium hoc esse n̄ eum vereor non amorem, non luēum. Quod enim ad amorem actinet, non ita eum amabā, vt si prorsus persuaderi possem illum sine mea culpa periisse, vel tota die doluisse. Sed hoc me angit, quodd culpa mea perierit, qui à patre mihi in custodiā traditus, tanta fide me atque amore prosequebatur, vt de reditu ad patrem, ad auum, ad tres quos habebat frates, ad domesticos sociosque pueros, nunquam verbum audire voluerit. Expluerat septēnum, quod sibi prefigerat ad redditum: sed amor creuetat manendi: in tractandis reb. adeò fidelis, vt nihil unquam defuerit. Deinde alacris ad omnes obeundos labores, & longè facilior ad subeundos quām ego ad imperandum: diligentissimus, cautusque. Qui ego possum obliuisci tantam insaniam meam, vt non ego illum apud me retinuerim volentem, aut domum suam (vt par erat) remiserim, usque (quandoquidem patri non licuit) restituerim?

ALB. Reckē monent omnes, luctum suffusioni assimilari: hæc enim pruritus maximè commouet, & refricando augetur: Ita tu mihi non lenire dolorem, sed cauas angere videris.

Tom. I.

Cogita miser (liberè, vt dixi, tecum loquor) quid agas, quo in statu sis, quam de te opinio nem præbeas hominibus, & æmulis male dicendi ansam: quanto periculo (si te alia nori commouent) te exponas: seu obires, relieto infante nepotè, torque pulchris (vt audio) voluminibus adhuc imperfectis: seu in insaniam, quod deterius esset, deuenires. Quiesce igitur, & parce tuis, & gloria, si te tui cura non mouet. Pertulisti repulsam collegij, vt potuit iniustum: quandoquidem illimet te postea receperunt, post decem annos. Pertulisti, vt dixi, filij egregij, & tanta spei necem, & crudelem, & miserabilem, & turpem (hanc non refri- care, nisi, qui medicinam velut tu profitear, scire, & medicamenta lethifera ad lanitatem conducere: & cùm conducunt, omnium esse præstantissima) & alterius filij periculosa initia, & metu plenam expectationem: deinde mortem parentum, vxoris, aliisque multa aduersa grauia: nunc in adolescentis externi naturali morte adeò discruciar, vel (vt dixi) omnino est, vel turpe, vel insanæ iam inchoata argumentum. Non iacuit Socrates, fœda morte eadem die periturus; tresque filios paruos sine ullis opibus relieturus: cùm etiam iniustè damnatus esset. Crede mihi, qui morbo perit, quovis modo pereat, à Deo eripitur: qui gladio aut veneno, ab hominibus: at si Deus eripit quod suum est, cùm eripiat, dolendum non est: fecus in illis. Deinde cogita quodd senex: & dictum Augustini, Senex diu viuere non potest: hoc te angat & torqueat, non aliena mors: cuius culpa inscius es: etiam si non omnino es.

CARD. Verissima commemoras: & meipsum reprehendo: sed causam iustitiae ac mortis abolere non possum: nimis enim me tortquet, atq; excruciat: consolor itaq; his rationibus: nam omnes has, aliasq; plurimas, placibus in libris conscripsi: sed nō possum resistere morori. ALB. Scio te has scripsisse: atq; ob id in medium attuli, & vt maiorem apud te fidem haberent, & vt intelligeres, me tuorum operum esse studiosum. CAR. Gratias ago: sed illud dicam: Cūm valemus, optimè consilia ægris damus. ALB. Sed ego inexpertasne sum harum calamitatuum? Scis me, paupertatem quādū pertulerim (neq; enim turpius duco, fuisse, quam pulchrum nūc, nō esse iam pauperem) calamitates meorum atque dissidia, mortem præterea filij optime spei: vt tamen nec tua cōsolatione, nec multo minus alterius cuiuspiā indiguerim. Sapientis est, non solum fortis viri, necessitatem preferre: um magis, cum ægrie ferendo malum malo addideris

L L 2 CAR..

CARD. Recte optina: sed fatigatum multis aduersis, oppresit me hæc extrema calamitas. ALB. Utinam sit, & opto. CARD. Dico ultimam earum quæ præterierunt, quasque iagni sustinuerunt omnia: neque enim futura diuinare possum. ALB. Sed & filii in vinculis calamitatem non hac minorem duxerim, quæ tamen impendet nunc: sed mittamus hoc. CARD. Mittamus sanè, & de hac mea fortuna sermonem habeamus. ALB. Placet. Verum cogita primùm, si libet, quanto in periculo sis. Senex, excessisti annum sexagesimum. Pauper: neque enim plus est tibi in redditibus, aureis (ut à te audiri) quadraginta: sed sicut modò quinquaginta, sexaginta, quid hoc ad tantos quos sustines sumptus? Cum odio, ut dicas, Senatus: saltem id ego dicam, non cum gratia. Ademptum seu immunitū stipendium plusquam centenū coronatorum aureorum. Nepos nondum bimus, filius vnicus in carcere, filia sterilis ad hæc usq; diē: autoritas tua casu filij imminuta longè apud cines, ut non nisi cum summo labore ibi ex arte quæstum mediocrem facere possis: corporis habitus speciosior quam valetudo firma, ut ex te audio. Si pereas, quænam spes superest stirpis tua? Si viuas, & in alterum duorum incidas, ut vel desistere cogaris à profiendo (quod facile ob amulos, & Principium iam senescitentem gratiam acciderit) vel ut morbo aliquo longo (quod senibus, & maximè studiosis, frequenter evenire solet) opprimaris, quis te miseror, quod ad publicam opinionem attinet (nam miserum verè dicere non audeo, ne à tuis institutis omnino recedere videar) dici potest ergo in tanta mole curatum, Guglielmi (nonne sic nominatur, qui nuper obiit?) recordari poteris? Quin parum abest forsitan, ne statim librum consolatorium scribas, atque edas: ita cum mæceribis maximè, ut apud Comicum, illi ridebunt maximè. CARD. Quid in hoc faciam? Credo diuinus es: tria enim (postquam id agere cogor) emolumenta ex hoc colligam: lenib[us] dolorem: immortale illi nomen parabo: critque hic liber forsitan illius Hegefiz adeò famosi oratoris, qui Ægyptios laudatione mortis ad mortem voluntariam compellebat, orationibus persimilis: qui nisi comminatione mortis Ptolemaeus ab eo munere illum deteruisse, prouinciam hominibus exhausturus videbatur. ALB. Ita qui mortem aliis suadebat, illam extinxuit? CARD. Ita est, sed dicam qui me angat in huiusmodi morte præcipue. ALB. Dicas quæsto: nam hoc est quod audire malim. CARD. Id maximè me torquet, quod infelicissimus sim: & quod eos qui mihi maximè sunt obsequentes, in easdem infelicitates dederam. Quid enim attingebat ut miserum illum abducere è patria sua, tanquam alterum redditus Theophrastum, cùm in domo sua Rex Philippus cum Regina Maria paulopòst (ut audio) hospitati sint? si pauper ille fuisset, non adeò dolerem. Qui cadunt, dum coguntur à miseria tentando evadere casum, æquo animo ferre debent: & qui sponte se in pericula præcipitant. ALB. Sed de hoc post viderimus. Dicas quæsto, quæ sit hæc maxima cura? CAR. Vidiitine meipso infeliciorum unquam ho-

minem? In utero matris, abortiuo medicamento tentatus sum primò: duos fratres & viuam sororem peste amisi: Papiam ob id mater aufugit: profugus autem, quam natus: examinius natus: vitricum peste una die amisi: in infantia æger, & toties deploratus, superuixi, credo ut deteriora expericer: reiectus à collegio medicorum inuidiosè, ne dicam iniustè, similem rursus repulsam in filio natu maiore expertus sum: apud patrem longam seruitutem sustinui, & pro spurio ab illo iactatus, etiam indecora matri simul audiebam. Inde ubi ab hac ærumnâ liber evasi, in detiorem incidi, ut decem annis perpetuis frigidus, atque id ipso iuvente flore, esse. Soluit hanc calamitatem deterior quædam alia: tabe enim corruptus septimestri, me fusis lacrymis deplorauit: liberatus rursus ab ea, tantam paupertatem expertus sum per annos decennouem perpetuos, ut exemplo pharatrium Capucinorum prandenti mihi cœna incerta esset: idque ad annum usque quinquagesimum. Omitto minas & vexationem Barbiani, alioqui illustris viri, sed meæ fortunæ parum amici, totque aliorum mortes parentum. Nihil commune aut mediocre his connumerabo. Successere nuptiæ illæ infaustæ filij natu majoris, inde mors tetrica: denique tot stulta facta alterius filij, ut illum vinculis coercere coactus sim (omitto nunc stipendijs imminutionem, quam nuper commemorasti: herniam inguinis dextri deploratam aliquot annis: decimo octavo loco, miseri huius adolescentis mors intempestiva subsecuta est) ut fatear ingenuè, me neminem nunc habere in quo fidere possim: Filius hostis & inconstans, filia apud coniugem, nepos imbellis: agnati parū amici, cognati pauperes, affines omnes procul, amicus nullus præter te, non cliens, non familiaris: hic solus adolescens, quanquam externus, credo ob probitatem & educationem longam in officio perstabat: cui ego ob tantam fidem, per socordiam & desidiam hæc gratiam retuli: & non vis me desiere eius mortem? ALB. Sed tamen si casum filij fortiter pertulisti, turpe est (fateor causam esse non leuem) cur vis nunc immoderato dolori succumbere: tum maximè, ut dixi, quod res hæc periculio ingenio non vacat. CARD. Recte mones: sed in filio anima nondum erat magno vilo vulnere saucia vides homines vulneratos parua pulvinaria, molliaq; tum linea grauius ferre, quam ipsum vulnus: quod caro fauia, nihil ferat: sana omnia contemnat. Quis eoru non ægrius stupas fert, quam sanus grauissimas compedes? Deinde ibi affuit diuinum presidium, ex smaragdo in ore detenta. Conscripti etiam librum Theonoston, qui omnes curas sedare, omnemq; tristitiam quantumcumque grauem sistere potest. Adeò & in hoc caufa, ut dixi, erroris, & desidia: in filio nihil deliqui, quod sciā: nihil est quod probum virum magis torqueat, quam conscientia sceleris vel negligēt. Hic etsi scelus omnino abest, in diligētia fateor me deliquerisse. ALB. Sed si Theonostil liber omnes curas sedare potest, habebis illum apud te: CARD. Habeo. ALB. Cur ergo non & hunc illius lectione luckū sedas? CAR. Vera dicas: sed in eo libro nil agitur de his infortuniis quæ nostra culpa, & maximè circa nos

Dialogus de Morte.

677

nostros euenerunt. Non me torquet hæc iactura, sed socordia stultitiae; mea: utroq; enim modo peccavi. Nam omitto reliqua: nec cum vestario, qui totas vigilat noctes, collocare oportuit: & cum ad me miser, cui totus fidebat, venisset, omisisti omnibus aliis negotiis illi succurrere debui. ALB. Video quām sit anima tua hoc morbo saucia. Sed dic quæso, hoc ne præuidisti, qui omnia mala præuidere soles? CARD. Existimo euidem ipso enim primo die anni, scilicet Calendis Ianuarij, tremuit cubiculum, cum tamen nullus esset terræmotus: vnde quodd esset initium anni, monui omnes è domo, & filium præfertim, vt caueret diligenter: scire enim me, aliquem è domo interiturum: quodd dirum semper mihi fuerit hoc prodigium, cum etiam aliis, atque nimis certum: vt in patre seu patruo Comitis (sic appellare sicut more Longobardico) Hippolyti Mayni. ALB. At ille tamen in domo erat tua? CARD. Nequaquam, sed iam ad vestiarium se contulerat. ALB. Quid ergo illi cum tremore cubiculi? CARD. Et ille è numero fuit domesticorum: vnde etiam de eo sortem in Sartinalibus duxeramus. Imò & pro nepote timebam, timeoque etiam nunc: nam paucis pòst diebus idem repetit prodigium, circiter mensis medium: nepos autem extra domum meam educatur. ALB. Sed nepos necessarius est tuus, è familia tua perpetuè, possessorus etiam bona tua, si nihil ei enim aduersi euenerit: at hic neque tuus erat necessarius, nec forsitan in domum quoque tuam amplius rediturus: non certè diu apud te moram ducturus: nisi & hoc cogitaueras, vt eum hæredem etiam relinqueres. CARD. Nil tale: iocaris: plus dedi vestario, quām ei ex testamento relinquebam: sed tamen amabam plutinum illum, & perfidere mercaturæ destinaueram.

ABL. Itaque non videtur hoc somnium ad illum pertinere: securus viuas: fortuitò oriur, fortuitò magis etiam perimus. CARD. Non omnes. ALB. Excipere oportuit ergo famulum tuum. CARD. Non illum sui causa, sed mei. ALB. Deliras ô amice, dum talia dicas. Sed altius hæc defensionem exordiri oportet. CARD. Vnde vis: sed scito me de illis non fabulari: vñnam ad hanc vñque diem non tam suissent, quām vera fuere huiusmodi ostenta. ALB. Credo: sed nihil tamen mihi tale contingit: verum omittamus hæc: dicasque, dolesne causa tua, an illius, an amborum, an suorum propinquorum? CARD. Omniū certè. ALB. Quāquam magis arduum negotium impusisti quām sperabam, nihil feci nisi ostendere, te non solum tristari non debere hac causa, sed egregiè latari. Benèque factum existimo & pro illo, & pro te, & pro propinquis suis: ipsum verd, si posset renuiuicere meliore multo conditione quām erat, illusfrisque fortuna, non receperitum renuiuscendi optionem. CARD. Omnes hoc dicunt: sed Deus nonit, quomodo res se habeat: vulgatum certè est illud: Omnia esse cupiunt. ALB. Nihil proficio eminus tecum, video: minus pugnandum est. CARD. Age si quid habes: nihil non absolutum ex te proficiisci posse spero. ALB. Et tamen etiam abstinebo, quodd multi non faciunt, à calumniis: plerique enim ex vitiis, quibus nemo catere potest, nedum ille,

odij causam & doloris lenimenta querunt. Etsi etiam mihi illius vita intimè nota esset, longè plura dicere possem. CARD. Cogita illum inter iuuenes optimi fuisse, adeò vt ne inimicum ullum haberet. ALB. Sit ita, quando etiam præstar décipi quām contere: re: nam audiui aliquando discessisse. CARD. Ita est: sed ex iniuria, quā illum affecteram: rediitque intra secundam horam: erat enim omnis contumaciaz expers. ALB. Sit ita: video te facere dolori tuo: & gloriæ illius, si qua in barbaro adolescentे gloria singi potest. CARD. Vñnam alium similem habetrem Italum, sed perge: iam enim lenimenta doloris non solum non refugio, sed sponte quero. ALB. Omnes qui de anima aliquid dixerunt, in quatuor opiniones diuisi sunt: Alij eas mortales esse volunt, aut vñam tantum: quod ad idem redit, licet specie quædam magnifica de illa loquantur: alij perpetuas ac diuinas, præmia & penas subire dicunt: vt leges omnes, Platoque, sed aded frigidè hoc docet, ne ineptè dicam, vt multum detraxerit suæ autoritati hac in parte, vbi omnes neruos intendere oportuit. Tertia est opinio eorum, qui certo numero annorum eas superesse volunt, sed satis magno. Quarta est tua, vt ex te audii, vt sint vñ omnes, & diuisæ tamen sicut radij Solis & membra corporis. Quodd enim sentit pes, manus non sentit, & tamen pes & manus vñius sunt, ne vñ dicam. Quicunque igitur anitiam æternam & diuisam esse dicunt, seu omnes sunt felices, seu bonorum tantum quandoquidem hunc bonum fuisse contendis) nihil melius accidere ei potuisse, fateri coguntur: quod idem in tua opinione dicere necesse est. CARD. Ne labores amplius, hæc nimis perspicuus sunt. ALB. Nam si improbum fuisse affirmes, impium fuerit dolere pro eo: qui, si vixisset, quamvis tibi amicus, multos probos male habiturus esset, & iniuste leserus. CARD. Vera nimis hæc: non labora: neruos omnes huc dirige, si mortalibus sit, aut vñ. ALB. Non credideram his opus esse apud te, qui toto vno anno (vt ex teipso audiui) nil aliud egeris, quām vt ostenderes animas nostras esse immortales. CARD. Vera dicit: sed tamen cupio audire, quomodo etsi mortales essent, ostendere possis mortem non esse malam: quod diu fructa conatus est Seneca. Quid Alexander, Themistius & Averroës dicturi essent? nam legisse me memini Theophrastum, qui ciuidem fuerit sententia, doluisse sortem suam cum esset senex, grauiter, nec quicquam frequentius quām questus de conditione hominum, & illorum breuitate vite. Itaque si quid potes in hoc, age. ALB. Primù illud fateberis, quod poëta scriptit:

*Atque sterum ad Troiam magnus mitetur
Achilles.*

Quod luculent aded demonstratum est à te, exempli argenti in aquam redacti, idem infinito numero reverti vt nemo dubitate possit, vñamque hominem reverti in hunc mundum, ac perinde esse ac si quis intermedio dormiat: variamque subire sortem, quartu ~~ad~~ vñamque tui vocare soles, medium immortalitatem: vt verè quisquam nostorum latitet velut in cinere scintilla, vt

astra sub terra , redeatque suo tempore longè felicior: aut si feliciter vixit , aliam subire cogatur fortē: nec hoc immortalitatis genus ullus ph̄ilosophorum refugere potest. Porro tempus hoc quo interim dormimus , felicitati potius quam infelicitati , & tranquillitatē proculdubio, in maxima , ascribi debet. CAR. Tam pulchri inveniū , ut & multorum aliorum , sed huius pr̄cipit , in quo maximē salus humani generis deposita est , gratiam vni mihi tota debet posteritas. ALB. Sed tu dic quās , & melius explicarem tuam : nam in hac , ut dici solet , omnes leges & prophetæ conueniunt. Hęc immortalitas est , quam nullus expugnare potest philosophus , nullum experimentum redarguit , nulla ratio reprobat : sed omnia vnde consenitunt. CAR.D. Diccam , postquam audire placet , solum demonstrationes ipsas tacebo , quod in Theonoto abunde sint explicatae , ne bis idem repeteret videar: à quo virtute , quantum memoria valeo , me vindicare soleo. At dices : Vel ipsam rem bis dices : Nequaquam : nam rei seriem explicare ibi neglexi: nunc accuratē expediam , quod iucundum tibi fore existimabo. ALB. Ut nihil magis. Sed perge. CAR. Principio scire debis , cūm homo ex forma illa humana atque materia & mente perpetua constet , si omnino refugias animi immortalitatem , temque eō deducas ut lateribus similes simus (neque enim formam aliam vniuersalem , qualcm commentus est Auerroës , imaginari oportet : tum quod nos ipsi sumus , & singuli seipso esse agnoscant , non alios : & quoniam omnes homines aliter essent unus homo : sed fac te libet , & omnia tibi concedam ab Auerroë posita quā in nostram opinionem faciunt : quandoquidem quanto plura habebimus communia , tanto minus propriū restabit ad nostram resurrectionem) vnam saltē rem assignare oportet , qua singuli ab aliis distinguuntur ea non est accidens : nam distinguimus hisdem quibus sumus : sed materiæ portio , non totius corporis : quoniam & puer & senex non unus idemque essent , nec amputato brachio vel effuso oculo idem homo esset : sed portuncula illa in corde , in qua fixa est anima , si modò illam affluisse esse mortalem. Vbi ergo homo interit , materia manet , & forma illa in potentia in ea residet , velut in cinere formes igniculis : & forsè actum etiam , licet exiguum , all quem habent. Sed non assumo mihi , nisi quod negari nullo pacto potest : sic in somno profundo quiescimus , sic afra sub altero latent horizonte : sic in musca virē fomes sic quidam , ut de luba fertur , adhuc calente corpore resurget exerat (quod etiam ex Fortunio Affuito liquet & approbat) . vbi exigua pars illa sarcus imberbit & humanam animam & membra , surgit idem homo : atque ita omnes verē resurgemus cum carne nostra , neque semel , sed infinite : quoniam tempus infinitum est. At si vel diecula superuinuant , necesse est unumquenq; hominem infinito tempore superuinire. Sic etiam parum haec opinio differt ab illa , que animas nostras ab obitu dormire censet usque ad diem iudicij. Vnde etiam illud coties repetitum : Dormit in pace.

Sed lex nostra vtrā progreditur : philosophi

coguntur ad sensus usque consistere. Vbi cor illud fabricatum fuerit , alia sibi exornat membra , atque idēt̄ alios mores , fortunamque. Credendum est etiam , ita constitutam esse hanc resurrectionem , ut qui felices fuerint , euadant infelices : aut saltem qui mali : relinqui etiam vestigia amoris & odij , si quando eodem tempore iidem qui amici fuerant , aut inimici , eadem ætate nascantur : quod ut non necesse est statim , necesse est tamen aliquando ut eueniat : & qui supplicio affectus est ab aliquo , eum rufus supplicio , vel aliter male afficiat. Ostendo autem ita esse necesse : nam cū tempus infinitum sit , & infinites reuertantur , & numerus animarum finem habeat : lequitur , ut non solum semel , sed infinito quilibet homo cum quolibet in eandem incidan̄ ætatem. Hic planè vides omnia in vnum consentire , esseque verisimilia. Quoniam mirandum primū est , si multi philosophi sine cura vixerunt , tanquam redditū : nemo enim est , qui si se proflus extingendum existimat , tristis non viueret. Deinde quod omnes religiones hanc immortalitatem asserant : tam multi etiam intrepide se morti offerunt. Reliqua autem quā ex hoc pendent , planè eō usque ignota sunt , eruntque nobis , donec venerit homo feliciori ingenio : velut , at iidem erunt filii singulī , an post obitum quicquam in ea materia residat , actum habens. Illud pro comperto habeo , optimos esse illos , atque etiam felices , quibus cum nemine est negotium ut occidant aut occidentur , iniuriam inferant aut recipient. Signum est enim tales iam pridem fuisse , talesque futuros esse. ALB. Mira hęc sunt : sed tamen valde dubia , ob vnum solum. Si quis enim dicat infinitos esse homines , diuidique materiam illam per partes minimas , ut nunquam proflus sub eadem forma eadem sint materiæ partes : Deinde , quod verear , etiam sint , non eundem esse hominem tantō intercepto tempore : hęc duo si dilueris , fatebor omnes nos redditūs. CARDANVS. Dicam primum de tempore , inde de numero. De tempore quidem : quoniam si eousque viueremus , palam est eisdem nos futuros esse : modò interceptio hęc temporis nihil officit vnitati. Vides in argento viuo , & in his quies longo somno expurgiscuntur , ex longo morbo , in quo sui immemores facti convaluerint. Nulla enim proflus dubitatio esse debet , quā ex eisdem sunt , eadem esse debere.

Sed ad primum veniamus , ex quo etiam hoc secundum clarius elucescat. Si ergo hominum in certus atque infinitus esset numerus , nullus horum Deo nouus esset : quorsum hęc inordinata incognitaque infinitas ? at quanto satius , exemplo aliorum orbium proposito , certum numerum mortalium efficere , ut quemadmodum corpora celestia , ita ille numerus reuertatur ad pristinum? In hoc certe serabitur ordo sapientiae diuinā , familiudo omnium , infinitas abominanda numerorum evitabitur : inutilis & incognita multitudo institūt̄ etiam diuinū exemplū habebitur. Praterea si non ita sit , incident autem aliquæ materiæ partes sub humana forma , ut alij quidem testitantur homines ,

mīnes, alij non, quām iniustum erit hoc reſtitui quosdam, quosdam non reſtitui? Si vērō nulli? ALB. Nulli prorsus. CARD. Fu-ge oportebit ergo hanc collisionem, ma-gnāque Deus ſolicitudine tenebitur ne quiſ-quam redire poſſit.

Quod ſi & iſtud adē absurdum tibi con-cedam, negare non poteris quin pars illa ma-teria ex pluribus portionib⁹ conſtet: ita vt in me (gratia exempli) pars ſi alia Galeni, alia pars Iri, alia Themifonis, atque alia Ma-ximi Planidis: illi ergo, velis nolivis, ex par-te reſurixerunt in nobis. Sed que confuſio: at quanto dignius, diuina ſapientia eodem planē poſt aliquor ſecula redire? ALB. Stu-peo in hiſ: hec ſanē meliora ſunt Epiftola Auerrois de Reſurrec̄tione. Mirum: non ſuf-ficit hiſ malē ſentire, niſi etiam honeftiſſima nomina impiis libris imponant: hic de Reſurrec̄tione, cūm interie omnia p̄teret quid commune: ille de immortaliitate, cūm nihil minus quām animi immortaliitatē credat, inſcripſit. O beata Guglielmina (nam ſcio te adolescentem ſincerum & optimum ſepe ita nominare ioci cauſa conſuēſſe) qui tuſ nomi-nis gloriæ talem naſtus es p̄ſeonem, qualem aliquando fruſtra deſiderabunt reges. Et quanto tu rursus Guglielme beatus es, qui cauſam ferendi hoſ ſermones exhibuſti? O glo-riouſum fatum, & Curtij temeritate immortalius atque honeftius. Hęc alia ſunt ab hiſ que audire ſoleo in Scholis contentioſe clama-ri: Aristoteles dixit, Galenus ſentit: Me-dicina ſcienzia eſt: At non eſt, ſed ars: Quid dicit Textus? at non, ſed que vel quod. Sed perge, ſi quid habes, vltiū: iam enim peruaſiſti me. CARD. Imò ego à te hoc exigo quod eſ pollicitus, vt omiſſis omnibus rationibus animi, modò me (vt voletis) conſoleris. ALB. Præſto adiūtum, & pro viribus conabor: gregiè: verū, vt vera fatear, per-liberter habere vellel vnam Hegeſiſ illiuſ rationem, qui adē vițe huius fortunam de-testabatur, vt homines ad mortem vtrō obeundam compelleter. CARD. An putas fuiffe rem magnam? Certe non: in quo enim viſ potuisse Ciceronem vinci in Tufculanis? qui potuit videre hoc in argumento, quod ille non viderit? aut viſa & cogitata melius profettere, aut faciūdū quām ille fecerit: & tamen nihil tale ille efficere potuit, nec hanc opinionem in hominū mentibus gignere. ALB. Forſan nec optanter: imò etiam He-geſias ad immortaliitatē animorum deuenit, velut & Cicer. Vnum fateor durum videri, ſine hac immortaliitatē poſſe iuueni & dimiti peruaſdere, mortem eſſe potiorem vita. CAR. Et tamen hoc à te nunc expero: ſed quonodo credis id illi cedere potuisse? ALB. Si mo-dò vera ſunt que dicit Valer. Max. exiſtimo nihil fuiffe p̄cipuum, ſed potius facundiā quādā popularem, que (vt dicit Eurip.) magis ſuadet imperitis, quām que arte ac ratione conſtat. CARD. Quid audio? vnde hoc miraculum? ALB. Dicam: fieri potest: nam facundiā popularis magis propria eſt idiotis, & illos magis mouet ſplendida & ve-re ornata oratione, ob quaatuor cauſas. CAR. Quaatuor cauſas: hui vix vnam coea die inue-nire poſſe conſiderem. ALB. Dicam, ut ſeiz,

Prima eſt, quod huiaſmodi incompta fa-cundiā melius percipitur ab illis qui cratiore ſunt Minerua, quām ſubtileſ rationes: tum etiam, quia fundamenti innituntur, quibus illi magis ſauent.

Secunda, quod inæqualior ſit oratio (quod etiam Quintilianus animaduertit) & ob id magis concutiat popularium mentes. Tertia, quod geſtibus homines minus graues (qualem Hegesiam illum, alioqui ignoramus, fuiffe credo) verba ſua adiuuant: at ſaltē minus graues Ariftotele, Platone, Demofthe-ne atque Cicerone eſſe fateberis: vnde per-cutiendo ſuggeſtum, exclamatiōnibus, la-chrymis, ſuſpiriis, caſu vocis, has ſuſ-nias fulciunt: que vt ridicula ſapientibus & attis peritis, ita admiranda imperitis, mulie-rib⁹ pueriſque ſunt. Quarta eſt, quod mendacia etiam impudentia, nec credenda, tales imiſſiſcent.

CARD. Intelligo nunc: ſed ſi quid habes Hegeſia iſto dignius in hac cauſa, deprome. ALB. Dicam planē, atque vt ſermo ſermo-ni iunctus videatur. Quid eſt, niſi hęc vita eſſet prorsus infelicissima, quod tot viri nulla ex cauſa ſeipſos occiderent? Narrant enim, in Othonis funere quām plures milites ſe iu-gulasse ſponte, cum nihil eſſet, quod illos premeret. Centurio, qui Caſſio ſerum attu-lerat reſponſum, ſeipſum iuxta cadaver do-mini conſecit. Quot liberti, ſerui, mulieres, omiſto parentes ac fratres, qui vel ob domi-nos, vel ob ſocios, ſemetiſlos occiderant? Quid ergo boni illi in vita eſſe rebantur?

CARD. Sed hi forſan animos existimabant immortales. ALB. Nihil miauſ: pauci ad hanc diem hoc peruaſum eſt: & tan-to paucioribus, quanto plures id credere ſe ſimilant. Sed ſi modò hoc peruaſum eſt: pro-bis id eſt: tum quia ſimpliciores, tum quia ipſo vițe genere quam habeant opinionem, oſtendunt. At qui ſe ſic interfecere, viri omi-nes erant improbi, atheique, p̄ter vnum Catonem, cuius mentem (ſaltē cum flo-re-ret) Deus nouit. Sed fac vt etiam immorta-les existimarent animos: eam ſpem compen-sabat dolor ipſe mortis.

At nunc diſputatio non eſt, an mori ex-pe-diāt cuiquam: ſed, an melius ſit hiſ qui mor-tui iam ſunt, quām quid viuane. Quid ergo eiuſmodi homines vitam morte deteriorem exiſtimant, ſi motrem non poterant bonam eſſe ſperare?

CARD. Hęc ratio planē conuincet, ſi plures eiuſmodi fuiffent homines, aut ſapien-tes: illud enim fide dignum ſolum habe-tur, quod vel pluribus, vel ſapienbus ma-xime probatur: modò hic neutrum eſt. ALB. Sed viuam quocuoque vocor. Ceteri qui vi-uunt, nihil plus habeant mortuis, quām quod mortem ipsam experiri coguntur, malorum maximum atque terribiliſſimum: nam ex-e-tera paria fermē ſunt in vita: metus, ſpas, do-lor, voluptas, iucunda, ingrata, dulcia, ama-ra. Atque id nimis etiam eſt, ſi deus bona malis poſſe aquari: nam mala & diſtornitate & magnitudine bona ſuperate ſolent. Ade, quod magis mouent mala quām bona: quod mala in extremo, bona in medio: & mala in ſenſu, bona in indolentia reſpoſita

sint. Quid inuit Ciceronem cum tantis opibus (supra trecenta enim millia aureorum coronatorum possidebat) cum tanta potentia, ut tertius esset Romæ (post Pompeium enim & Cæsarem, mortuo Crasso, iam primus habebatur) cum tot amicis, ut viginti millia ciuium ob eius exilium veltum mutasse dicantur: cum tot gestis, de quibus gloriabatur: cum consulatu, ordine Senatorio, collegio augurum, aliisque multis magistratibus, despite adhuc filia, incolumi filio, fratre, nepote, cum tot libris pulcherrimis conscriptis, demum cum peritia tanta rerum singularum Philosophiæ, inde incomparabili illa eloquentia, corpore non solum sano, sed vegeto? Vide quid dicat, & ex animo? Attico enim scribebat (sola fratris iniuria lacerfusus, qui tamen adso pro illius salute ac dignitate pugnauerat, vt vitam illius mortis falsa opinio tutata fuerit: namque in illa seditione, ut mortuus inter mortuos iacuit:) Hæc ad te natali die meo scripsi, quo vitam suscepimus non essem. Vides quā longè magis mala nos afficiant: imò parua & pauca mala, multis bonis. CARD. Quod dicas, nil plus habere viuentes mortuis, nisi quod sint morituri: fateor: nam hoc ipso vindicentur feliciores: quoniam qui viuant, commutare conditionem posunt: qui mortui sunt, coguntur retinere: melior ergo est conditio viuentium. ALB. Subtiliter, & dignate obiec̄o: sed ipse transitus è vita tam gravis est, ut nemo, quod ad hoc attinet, velet non evadisse. Si quis enim ex morbo ad sanitatem non possit, ut in vesicæ lapide (ambo enim medici cùm sumus, & (vt dixi) artis professores, exemplis medicis utar) redire, nisi execto lapide, quis non malit exectum, quā exigendum? CARDAN. At si, præter id, grauius sit ægrotatus à sectione, qui non malit non exectum, quā cum frustra subiisse dolorem, ut grauius torqueretur.

ALB. Ergo ed deuenit res, quandoquidem qui mortuus est, malè non possit habere: quanto minus peius? ut videamus, an vita bona sit, an mala: nam si mala, cùm mors mala sit, mortuus malum non sit, ut nec bonum, mortuus melius erit dupliciter: & quod malis vita, & quod dolori mortis non sint obnoxij. Sin autem bona, vivere melius erit, quā mortuum esse. CARD. Rechè inquam. ALB. Sed & hoc videamus. Postquam mortui sunt, ac perinde ac nunquam nati: illud spectare solum sufficit, an homini nasci bonum sit. Sic enim hoc quæsito omnia determinantur: nam qui nascitur, ea conditione nascitur, ut mori ipsum necesse sit. CARD. Video quosrum me trahas: quatuor enim simul difficultatibus implicate me vis. ALB. Imò explicare potius. Scio quid dieere velis. Primum, quod (vt dixi) Cicero aliisque multi leuissimis ex causis mortem desideraverunt. Secundum, ut dolore mortis, bonis quæ possidemus opponas: quæ non leuis pars malorum est, cum per se, tum proper merum. Tertium, ut obiicias Philosophi dictum illud: Mortem optare, & conciscere sibi, ad mollitatem pertinere: quasi durus sit longe dolores vita perferte, quā mortuus, & non esse. Quartum, ut illud Sileni adducas: Optimum homini, non nasci:

proximum est, statim, vbi natus fuerit, mori. Hæc erant, puto, quæ obiicia tibi existimaueras: quia verè obiici poterant. CAR. Ita est: sed leuiter eadem dilicutiam. Optabam magis propria, & diligentius examen de singulis. Quod enim de Sileno adducitur, tam fabulosum est, vt erit fabula mera sit: quæ originem ducit à fabuloso animali, ac prorsus confecto: nec opus illud Aristoteli esse existimo, cuius etiam nullus Peripateticus Philosophus meminit. De molliitatem certum est molliitem esse, non perferte posse dolorem, & ob cæcitatem atque stultitiam semetipsum conficerere. Mors non perfertur sponte: sed vbi in illam te conieceris, velis noluisse perferte cogēris: vnde illud Virgilianum:

-Oculisque errantibus alto
Quæsinis celo lucem, ingemuitque reper-sam. Vnde etiam alibi clarissus:
-Quam vellenti arbore in alto
Nunc & pauperiem, & duros perfere la-bores?

ALB. Effinxit Virgilius sordidarum animarum curas ac mores, quæ quiduis malunt pati ac subire quā mortem. Vnde & illud: Gaudia vita. Vulgus sic vivit, ut nil potius vita esse ducat: ita etiam corporeas delicias animi iucunditati præfert. Sed quis scit, an Poëta mortuorum affectus pro moritorum describat? Sed perge. CARD. Nolim hæc prodesse causæ) ut ita dicam J meæ, modò ne obsint: ut nec mihi illud, quod naturaliter omnes appetant esse: nam hoc generale est. Igitur vita morte potior est. Sed ad alia. Qui moriturus est, perpetietur non duriora, quā is perpessus est qui iā sit mortuus. Finge superesse, vide æquam esse conditionem: nisi quod ille iam superauit malum, hic exspectat: nec nos morientem mortuo comparamus, sed viuum, qui vix vñquam mori sperat, qui nullum putat esse in morte dolorem: nam de moriente non contendam, quin meius sit esse mortuum, quā mori. Quin etiam multi nullum putant esse in morte dolorem, quod vñ cum vita etiam sensus extinguitur. Quod si ita esset, quid haberet quod obiiceret: ALB. Legi hoc aliquando in libris tuis de Consolatione: sed an par sit linqui animo & mori, dubito: nam qui linquantur animo, ut non dolent, ita nec aliquid doloris signum edunt: qui moriuntur, vel tum, vel parum ante, non mediocris doloris signa ostendunt: torquentur, lamentatur, pertigiles sunt, oculis intentè toruſque apicunt, subfiliunt, exilie volant, terrentur, clamant. Sed nil aliud adduco præter rhechmonem illam quo diutius tenentur, & haud dubium est illos sentire se suffocari: hæc omnia non solum dolere eos qui moriuntur, nec mediocriter, sed maximè, signa sunt. Si tamen non vis, quid dicam non habeo. CARD. Aristoteles scripsit, ultimo senio confessos nullo dolore mori: tanquam eum aliquo eorum post obitum collocutus fuerit. Gualterius Corbeta, cum hæmoptoi petiit, paulò defecit: vbi rediit, dixit: talen se expertum dolorem, ut maior in morte esse non posset, nolleque solet resistere: quoniam peritum se non erat hæc fauens opinioni tuae. Sed quid plura? ego ipse mortuus sum. ALB. Quando oh! iam pridem scio,

scio, sed non mortuus: nonne memor es dixisse, hoc me legisse in tuo opere de Consolatione? CARD. Non: dico, nuper, & vere. ALB. Quando? jocaris, aut insanis? cunam persuadebis vnguam? CARD. Nocte quæ subsecuta est septimum Calendas Decembres, huius anni M.D.LXI. ALB. Quo modo? ait serid? si mortuus es aliquando, quomodo viuis? resurrexisti? CARD. Ni? possem ostendere, miraculum huiusmodi proferre non auderem. ALB. Quod? quod mortuus resurrexeris? CARD. Nequaquam, sed aliud. ALB. Quod? CARD. Quod cum hernia intestinali lateris dextri per decemmo menses laborasse, omniaque obessent auxilia, repente projectis omnibus medicamentis, fatus profrus ut nunquam alias factus sum. ALB. Mira haec quamquam sint, non tamen id ad resurrectionem quicquam facit. Quid enim heretum cum resurrectione? CARD. At non resurrexi. ALB. Imo: nonne mortuum te dixisti, & viuis, ergo resurrexisti? CARD. Non mortuus sum, sed mortis dolorem sum expertus: atque vtinam tam tibi possem significare, quam illum percepi. Credo etiam in agitis minorem esse. ALB. Cur ergo non periisti? Dormiebas, an vigilabas? CARD. Dormiebas: somnium ergo est hoc. CARD. Non: sed eum sensi dolorem, quem scio ad vnguem morti esse persimilem. ALB. Et hoc secundum mirum: dormiebas, & non est somnium: mortuus es, & viuis, nec resurrexisti?

CARD. Recepisti dicas: sed omnia in me quandoque supra fidem sunt, seu ad id Genius quidam me ducit nescientem, seu donum est Dei, ut patefacere possim quæ vix nota sunt vlli alij: certè ignosco tibi si non credas, quandoquidem mihi vix ipsi credam. ALB. Dic quomodo res acta sit, & cur non interiisti?

CARD. Momento solo perduravit, & (vt dicunt) instanti: nec dubium est quin si vel per momentum perdurasset, quin animam efflassem. ALB. Quid videbar? CARD. Non possum explicare. ALB. Explica seriem facti. CARD. Vtius est mihi quipiam, nescio quis, dicere, hoc est mortis exemplum, hic dolor. Vnde statim mecum dixi: Non ergo moriar nunc. Et in ipsa cogitatione visa est mihi omnis vita è corde extirpari, atque in auras evanescere, simulque omnia confundi, & nullus esse cum terrore magno. Et statim solutus sum somno. Palpitabat autem cor, sed subito cessauit: & quod ex corde evanescerat, calidum erat aliquando plus quam par erat. Itaque ego, qui miraculum seu ostentum de hernia vidi, faciliter credere possum mortem ad vnguem talem fore. Et eò magis, quod etiam verum esse expertus sum somnium illud, quo admonebar, si smaragdum quam collo appensum ferebam, in os ponarem, futurum ut obliuiscerer filij: non mortis illius, sed tanquam nullus mihi antea talis fuisse. Ego qui talia vidi, & multa alia, cur hoc quod minus est, & valde verisimile, vel ob haec duo quod neque quicquam simile habeas, nec adeo terrible. ALB. Dic queso, cuiquamne alij hoc narrasti? CARD. Non nisi conturbaniali. Sed cur? ALB. Scire cupie-

bam, quid illi de huiusmodi re sentirent. CARD. Nemini dixi, nisi Herculii conturbaniali meo. ALB. Magna sunt haec, atque miranda. Et si vera sunt, argumentum sat is eidens immortalitatis animorum nostrorum. Sed dic, quid putas interesse inter mortem hominis, cuius post mille annos anima denud renuiscet, & cuius anima interim sopita expurgiscetur? ostendit enim ratio quedam, hos eosdem futuros, illos autem diuersos: quamvis non habeam quid dicam, cum materia & forma eadem sint in ambobus, & silentium intermedio tempore pat in utroque casu. CARD. Operatio & essentia rerum, sunt causæ differentiæ: haec cum sint eadem, videntur parem effectum habere. Sed habeo hac in re satis accommodatum exemplum Sol illuminescat per fenestram in cubiculum tuum phiala ibi duæ aqua plenæ, quas radii illustreret: ex ambabus iris in patiete refrangatur: sed una quidem perpetuo maneat, nullo obiecto Soli: impedimento: alia obducta poste modò, modò aperta videatur, quandoque non videatur: quæritur igitur, an eadem utraque sit iris? nullum est discrimen, nisi quod una continuata est, altera vero interrupta. Si hanc unam esse dixeris, dic & homines illos regenitos eosdem esse: si non, non. ALB. Sed quid dicas tu? CARD. Ardua quamvis sit dubitatio, videtur tamen quod una sit. ALB. Ergo veram omni modo resurrectionem non solum hominum, sed animalium omnium, atque etiam plantarum ostendisti. Imo, ut dubitabam, cum hoc, tum maximè animorum immortalitatem: vtcunque igitur cedat, animi ipsi sunt immortales. Solum hoc in dubium vertitur, an interim intelligent, vel non: nam quod sint, aut non, omnino nihil interest, quando & medium & extrema similia profrus sint. Nam dum homines illi vivunt utroque modo comparati, ut ego nunc & iampridem, idem sumus, si de intermedio tempore loquamur: ubique pars silentium, seu anima supersit, seu non, cum non intelligat, etiam sit: igitur solum omnis haec dubitatio in duo membra discindi potest: vel, ut animi supersint, & à corpore disiuncti intelligent, aut non. Præcipue etiam, quoniam si non supersint actu, potentia tamen sunt: atque ita quilibet dum moritur, ad vnguem ad eam reuertitur conditionem qua fuit ante ortum: & denud rediens, solum mutat fortunam. Hoc igitur modo parum interest, an cum filii moriamur, an non: in ~~materiis~~ enim qui habent, non habebunt: qui non habent, habebunt: & occident multi eos qui alijs parentes sui fuerunt, atque etiam filios. CARD. Sed libet aperte demonstrare hoc. ALB. Habetne quid melius? CARD. Ita opinor. ALB. Dic queso. CARD. Materia prima in potentia est (vt utr vocabulo & formula dicendi potius usitata, quam Latina) ad omnes formas, & omnis illius pars quæ sub actu non est. Materia igitur Socratis, cum Socrates viveret, si fuisset in potentia sub forma humana, potuisset vel alter Socrates vel alius homo generari: non Socrates qui erat iam, nec alius: nunquam enim ex uno in aliud in eadem specie fit transitus. Cum ergo mortuo Socrate perit actus, fit potentia in materia

materia ad formam humanam , aut non ? Si non , igitur illa pars materiæ definit posse esse sub forma humana : pariter & quælibet alia pars: & cùm tota materia finem habeat , extinguetur potentia humanae formæ in tota materia : & sic desinet humanum genus aliquando . Sed si non extinguitur hæc potentia , vel erit ad aliud , quām ad Socratem : & ita potuit etiam esse dum Socrates viueret : & si ad Socratem , igitur cum non possit frustrari in specie , erit aliquando sub forma humana iterum , & ita iterum Socrates . Similiter ut partes coeli ad locū , ita partes materiæ ad formā : & ut partes coeli ad motum , ita materiæ ad mutationem . Sed partes coeli , vt pote Sol semper est in potentia ad primum punctum Arietis , cùm non est in illo , & ita ad omne aliud punctum : igitur quælibet pars materiæ est in potentia infinitis vicibus ad humanam formam , & ad idem homo generabitur infinitis vicibus . ALB . Dicer forsitan aliquis , hanc potentiam esse & in tota materia , & in quælibet parte ad hominum formam , velut cinerem ad lixiuum . CARD . Vel ergo ad vniuersum genus Socratis materia est in potentia , vel ad singulos . Siquidem ad omnes , id fieri non potest : nam Plato Socrates esse non poterat : & non differunt nisi per materiam : igitur materia Socratis non est capax Platonis : non ergo ad vniuersos . Sed neque ad quos : nam per successionem esset ad infinitos , & semper ita ad hunc quod non ad illum : istud autem esse non potest : relinquitur igitur , ut sit ad vnum tantum , scilicet ad Socratem : igitur Socrates semper redibit in eadem materia . ALB . Satisfaceret mihi & opinio & argumentum , nisi esset , quod videtur hic redditus futurus valde serotinus , & ultra annum magnum , annorum scilicet xxxvi . Præterea redditus Solis cùm sit per partes non commensas , nunquam forsitan erit ad idem punctum : scio enim hoc te demonstrasse in vndecimo libro Arithmeticæ tue . CARD . Non scribimus quæ volumus , sed quæ vera sunt : nam cùm iam constet materiam Socratis non habere nisi vnam potentiam ad vnam speciem , si ad singula & diversa erunt infinite potentiae & ordo & confusio : si ad vnum , igitur non nisi ad Socratem . ALB . Forsitan dicam , ad hominem , non ad Socratem , neque Platonem . CARD . Vel igitur ad quemcunque hominem : & ita ego non differam à te per materiæ . Breuiter , omnis alia via est confusio ipsa . Sed de tempore quid refert ? Forsitan quod pars animæ mundi habet ibi (quod verisimile est) appetitum : quoniam non est inferior illa materia quæ appetitu non caret . Sed iam ad institutum sermonem togo reuertaris . ALB . Explicasti mentem meam à longo veterino : sed huic negocio , quod à me exigis , satisfaciet liber ille Platonis , seu Luciani (nam utriusque inscriptus est) nomine Axiochus : ibi enim damna vita recententur humanæ , additæ ut ille tandem cogatur optare mortem . Quid aptius huic negocio : nisi exigas , ut eloquentia superem Plato nem ? CARD . Non : sed librum illum legi , & meliora à te expecto : siquidem facile est iuuenis addere . ALB . Parieris saltem ut ordinem illum sequar , & eius rationes explicem atque expoliam . Pulchrum enim est naturæ cū

cortice : CARD . Fac ut libet , modò noua aliqua & meliora audiam . ALB . Agam pro viribus , quanquā impar oheri . Primum illud considera , vitam nostram inauspicatā esse , ut quæ à fletu semper incipiat . Infans vbi natus est , statim plorare didicit , ridere nisi post quadragesima dies haud didicit . Quodnam potest esse certius signum , & euidentius infelicitatis nostræ , cùm à Heru sumat initium ? Et ne fortuitum hoc esse credas , in somnis tamen rider , memor credo prioris voluptatis ac vitæ : nam ob quæ alia ridere tunc potest , cùm nec quæ videt , probet , nec intelligat . Sed dolet in hunc mundum venisse , & augurium sibi miseria facit . Plura de hoc dicerem , sed ad sermonem vereor immortalitatis reciderem animorum , à quo prorsus propter petitionem tuam abstineremus cogor . Verum ut quām breuissime agam , de vita huius initio verba facturus non sum : neque enim quisquam est tam huius mundi laudator , ut stercora , fascias , molestiæ à me illam infantium (vbi sensus acutissimus , defensio aut tutela nulla est) non detestetur & abhorreat . CARD . Ne labora . Infantia ob iuuentutem , non sui gratia fertur : est enim puuis carcere tetricus . Nā in eo cognoscere multa , legere , scribere , amicos alloqui , petere quæ cupis , scalpere , mouere se vel paululum potest : videt : infanti omnia mala , solatum nullum . ALB . Ad pueritiam deuenio : ibi tormentis adduntur ludibriæ zetas : quod si quis omnino non splendida fuerit fortuna , aut patre acerbore , cogitur omnia mala perpeti . Nudi verbantur , ieiunant , vigilant laborant , irridentur , colaphis ceduntur , discere coguntur , in ludo literario esse velut compedibus alligati , totis diebus fame , æstu , frigore que conficiuntur : nulla voluptas quæ non eis exprobretur : hinc minæ , hinc iurgia , minis apud ingenuos pueros grauiora . Coguntur furtim omnia surripere . O calamitas ! quam vitam : in qua omnes perirent , nisi spe iuuentutis subeuntis recrearentur . Omitto senectutem , in qua nemo probus & firma mente esse velit , etiam defensore Cicerone : neque melius illam damnare auctore illo possum : Hinc iam fallens subrepit senectus , in quam confluit quicquid est infirmum fragilisque naturæ . Quod si quis vitam oculis velut æs alienum reddiderit , astans supra caput natura tanquam fenerator reposcit vloram . Ab alio quidem vñsum , ab alio auditum , per sepe vtrumque . At si cunctæ debilitat , eum excruciat , membrisque destituit . Alij itaque multa senectute repuerascunt , animoque bis pueri sunt senes . Adde , quæ videt , quæ patitur interim : mores suorum , iuctus , injurias , incommoda omnis generis .

Sed mittamus accusare id , quod accusazione ipsa fit leuius : nam si dentium casum , oris factorem , irrisiones commemorate voluero , non finem vñquam inueniam . De senectute maledicere , est mortuos ingulare velle . Alias prosequi zetas , vna iuuentute excepta , prorsus inane est , atque superfluum . Si enim iuuentus bona non est , quæ zetas probari poterit ? Nolim poëtarum vti testimoniis , quæ ille adducit , tanquam pondus apud te habitura sint : quale illud :

Quam

*Quām superi miserū fāmen mortalib⁹
zui*

Neare, ut viui defenda per omnia durent.

Ac rursus :

*E cunctis, hominum generis fors pessima vita,
stant quecumque supra terram, spirantque,
meantque. At contrā de Amphiarao :
Iupiter hunc totis amicis, hunc magnus*

Apollo

Dilexit, & iusti metu non attigit eis.

Quin illud etiam :

Nascens .

Fleat, qui tanta vite intrat mala.

Hac tamen addere volui, quid ad propositionem maximē esse videantur, cum de morte adolescentis doleas, tanquam immaturè erepti: imò condoleas quasi illi, atque miserearis. Sed non omittam illa duo quæ ibi narrat de Agamede & Trophonio, qui cum Pythij Apollinis templum exadificassent, pro gratia quam rependi sibi postularant, retulerunt, ut ipsa nocte perierint. Et Iuno similiter matris adolescentium, qui pro iumentis eius simulacrum vixerant, petenti ut quod optimum esset daret, ambo sine morbo ipsa nocte mortui sunt. CARD. Magna testimonia, si vera sunt. Sed quis scit, non periisse ambos ex immodo labore: lios ex inuidia, veneno dato: inde in religionem conuersum? Non requiro rationes villas, vbi admiserimus, à morte superesse animos singulorum: non peto hinc auxilium. Videntur omnia hæc testimonia cōtendere, ut ad Deorum munus mors, tanquam animi superfint, referatur. ALB. Prosequear, hæc linquens. Illud primum considera, eos qui viuunt, si recte rem æstimare velint, cum neque horulam tutam habeant, tot imminentibus periculis vndique non solum sibi, sed filiis, fratribus, ac his quos maximē diligent, miserrimè viuere. Si quis morbos, tegulas, fulmina, lapus, ruinas, iactus lapidum fortuitos, infidias, inimicos, venenata animalia & medicamenta consideraret, nunquam nisi miserrime viueret. Quod miseriā lenit, est stultitia ipsa, & avaria propriæ, quæ iucunde inter tot mala viuere nos finit: ut apposite laudetur à quibusdam declamatoribus. Sed quid maius casibus? Meministi, cum hic in ciuitate quidam emens aromatis pauxillum, vbi quadratum ærum tanquam adulterinum reiecerit, ea sola causa pistillo ferreo ictus ab aromatario, statim mortuus est. Non paucos vidi ex huiusmodi causis non maiore mercede periisse. Quid hac vita infelicius esse potest? tam verò quis ille est, cui omnia membra bene valent? nullus fermè. Vnum dicam: timor mortis & consuetudo sola efficiunt, ut non omnes sponte nos neci ob calamitates dedamus: sic ferimus, tanquam quod querendum esset, omnino perpeti cogamur. Liberabit nos (dicere solemus) mors. Si carior esset illius aduentus, si non tantam sui copiam ficeret, si dubium esset an nunquam ventura, plures illi occurrerent. Cur adeò magno cum cruciatu aduenit: quoniam ni hoc factum esset, omnes fermè sibi manus inferrent: quandoquidem vel sic plurimi id agant, & legibus prohibitum sit, semetipsum occidere. Si non esset res optanda, pluribus id minime sanctum esset. CAR. Huius argumenti memini, in The-

nisto. Natura enim sepem mortis inter vitam hanc & interitum adeò duram & spinosam posuit, vt homines à transitu coercent. Quid enim fuisset omnia potenti opifici, constitutæ ut aduentus mortis somno esset simillimus? Sed omnes immatura ætate interiissent, hominumque genus defecisset. ALB. Euge, præcherimum aliud inuentum in mentem reuocasti, & dignus hoc primo, ut existimo: scilicet, quid causam inuenierimus, cur idem opifex abscondit tam quæ ante ortum nostrum habemus, quām quæ post obitum: nam ex uno alterum intelligimus: ne homines id intelligentes, properarent ad exitum ex hac vita: tum etiam, ne coacti benefacerent, ac secundum virtutem viuerent. Ambraciota enim ille inuenis, cuius & tu meministi, lecto Phædone Platonis, se præcipitauit è muro, ut ad eam vitam, fabulosam tamē, properaret. Quid si confitaret? Quem carcerem princeps posset constituere, quo iniuti continerentur in vita? CARC. ô pulchrum inuentum, pulchra ratio. Delectat, perge. ALB. Omitto malam valitudinem, & pericula. Subiiciamus vita genus: quotidie vestes induere, atque exuere, hoc parvum esse putas? Indi hoc tanti faciunt, ut multi eorum, cum nudi degerent, mortem potius, quām hanc perpetuam seruitntem elegint: Inde noctes insomnes: hyeme frigore, æstate æstu torriæ: pulices, culices, muscae, tormenta æstatis: pediculi, cimices, omnis temporis. Quid fecidius aut molestius potest excogitari? Sed omitto rursus hæc. Quid de cibis ac potibus, quām foeda omnia: ancillæ, coqui, quibus manibus ea tractant: capillos, muscas, & sordidiora quæque inuenies. Quoties verò pediculi, pulices, vermes etiam, caro putrida, pisces marcidus, sordida putei aqua, vinum peccibus rusticorum exprimitur, puer è latrina desert illotis manibus in mensam. Vna est medela, nihil cogitare: si cogitaueris, insanies prorius. Mittamus hæc, vieniamus ad contuberniales: nihil est miseriæ: furantur, rapiunt, cœunt, maledicunt, insidiantur, nihil hac pugna durius: adeò ut plerosque viderim hoc dolore mortuos: multi ad desperationem deuenient: nulla fermè domus hoc malo caret. Et quanto opulentior & potentior, tanto maioribus malis premitur. O quām dira est res cōtumacia & sedatio domesticorum: nihil peius, nihil acerbius. In principum domibus adeò magna est hæc miseria, ut adam sedem damnatorum appellent. Conditio hæc tam tetra est, ut homini nil possit contingere peius: perpetua est illa pugna, & infidiz intima, & dolor ac cruciatus affidius. Quid si in his malis vxor vel filii sint, millies in die perimus: & vita tam odiosa efficitur, ut nemo sic viuere velit. Cogita qualis sit animus eius, cuius vxor moechatur, aut filius alea Scottisque perditus pergitæatur: ô hominum sortem infelicissimam. Alia animalia nec sobolem aut coniugia norunt: & quæ norunt, ut turtures & delphini, neque vxores habent moechas, neque filios discolos: ut miserrimum sit hominem esse, & omni calamitate maius. Dicas foræ, cibæctari illum sensibus. Quid nouum videtur? quotidie per eadem volatatur, duodecim aut paulo plures res spectando: colum, terram, domos, solem, lunam, astra, rura, flumina, homi-

nes, equos, boves, canes : hæc fermè summa voluptatis, ad eadem semper redire. Idem de auditu, atque etiam magis eidens. Quid de aliis tribus sensibus ? qui potius ad dolorem quam voluntatem creati videntur. Obiicies scientiam. Quis magis te hoc nouit, quam pauci. sint qui literis operantur : deinde hoc nostrum scire quam sit fabula & pœnæ similius, quam scientia : obscurum, imperfetum, confusum, dubium, inane, laboriosum, leue, ut omne vitium contraxerit. Quæ voluntas est tam diu labotare, ut nihil scias ? vel ut etiam grauitate & perniciōe decipiari. Deinde, quod quantisque opus est, ut ad id pervenias. Primum discere oportet elementa, inde Grammaticam, inde Dialecticam, scribere, disceptare, philosophia operam dare: tot tantique rebus, ut miseram vnam orationem intelligas, partim fallam, partim ineptam, semper incertam. Sed mittamus hanc voluntatem, quæ longe aberat ab illo tuo adolescenti. Veniamus ad felicitatem iuuenilis culmen : amorem & venerea, quibus ille (vt audio) misellus perii. Quid hac nostra ætate infelicius ? Amare cum dolore est seruire fœminæ nequissimæ: nunc maximæ voluptati pessima calamitas admista cōsulto mihi videtur, ut quod vnum esset pulchrum hominibus, ex toto periret: lues scilicet illa Indica, tam perniciosa, contumax, inexpugnabilis, fœda & horribilis, elephantiæ simillima: imd plerique ipsam esse credant. Quid amplius sperare possumus, quando etiam Reges pauci malo hoc careat ? Veniamus ad ciuilia negotia: hui, quid deterius ? quænam regio nunc tuta est ? Dissident inticem, & certant Principes cum Principibus, Ministri cū Ministris. Melius est esse capulum, quam hominem: vt erque in periculo, vt erque securè occidi potest: sed homo dextiore conditione viuit, quod interim timet, quod facilius capit, quod longiore cruciatu multisque modis torquetur. Non tua vxor, non liberi, non opes tutæ ab iniuria ministrorum. Paucae sunt nunc prouinciae ab hoc malo immunes, ut ditis domus, vrbes & villæ nunc videantur. Diues quod habet, exponere cogitur: pauper, quod dare cogitur, non habet: nelicias vtrum miserius sit, aut mendicare cum sis diues: aut non immunem esse, cum pauper. Olim erant, qui non censiti vocabantur apud Romanos, & apud Græcos *πονηταί*: nunc nulli sunt huiusmodi: quinimodo quanto pauperior, tanto magis oneratur. Quis ergo pauper hoc pati potest, aut bonus videre ? Dij auerterat mihi omnibusque probis mortem: sed gratius fuisset donum non nasci ut sic viuerem, sic interiorem. Semper hoc fuit: non enim queror de seculo, non culpa Principes: semper dico hoc fuit, ut maiores pisces glutirent n. inores. Quis angulus orbis ab hac calamitate immunis est, ut non cogaris aut male facere, aut pati ? ò humanam sortem? non enim (vt dixi) vituperio iura, non magistratus : sed sortem adeò acerbam, ut cogamus miseri esse vtroque modo. Olin felicem conditionem nostram. Sed mittamus hæc : modò intelligas congradendum esse mortuis, condolendum viuentibus. Quid, non te mouet illud, ob quod ferunt Democritum se excæsse ? quod scilicet optimis viris male sit, pessimi autem sint felices ? et pre-

mant, te irrideant ? Hanc iniuriam, hanc improbitatem, hanc iniustitiam perferre potes, & viuere ? Si alieno arbitrio viuendum est, & pessimorum, qua mors potest esse hac vita deterior, aut quæ vita hac morte miserior, nō est ? Satis esset hoc solùm inter tanta mala ad obeundam mortem, & eis qui iam mortui sunt ob hæc omnia non inuides ? ò nimium amorem huius lucis, ò stultam cogitationem : si non mortuo beatos vel hoc solo iudicas, quod omni miseria, omni metu careant. Fac ut bona malis æquentur, quod tamen nunquam efficies: neque enim multitudine, magnitudo, perseverantia paria esse poterunt. Sed fac ut sint: timoremne auferes, suspicionemque aut hæc conferes cum spe ? quæ si miseria solatium est, ut minor cruciatus : ipsa tamen per se cruciatus est, & non leuis. Qui sperat, timet semper, expectat frustra, anxius perpetuò est, Mitto quanta hi miseria, qui inter religionis fluctus viuant, vbi nec tutum quicquara est, nec tranquillum: mitto generales calamitates, pestis, bellorum, penurie, terræmotus, inundatione, sexcentorumque malorum : & dubitas, an melius sit mortuum esse quam viuere ? Vitam nostram ò amice, credi ne vitio naturæ factam adeò breuem, quin superare possit corniculum & coruorum secula ? quæ iniuria, quæ dementia fuisset illius ? trecentos vite annos sortita est: sed breuem facit perpetua anxietas, in qua viuimus : & debilitata ob hoc natura : tame si non adeò curiosus sit filius, breuem tame vitam sortitur hereditario iure, quod pater, auus, proauusque in perpetua molestia vixerunt : nec illi soli, sed & mater, auus, auaque materna & proauus : ò infelicem nostrum statum, in anxietate & curis semper viuere, imd macerari. Ob quod ferunt Aristotelem morientem dixisse illud : Fœde hunc mundum intraui, anxius vixi, perturbatus egredior: Causa causarum miserere mei. Quid sapientius, si dixi : aut quid verius, etiam nō dixit ? Quem igitur sanx mentis pigere poterit, vitam hanc molestam, quæ solum est anxietas, relinquere : CARD. Persuasit hæc oratio tua, ex amico profecta animo, cum opinione quam de te habeo optima, vehementer huic adiuncta: nec dubito quin si ille etiam sit (modò miser non sit, quod esse non potest) & quis velit cum superis reddere, non recuset: multisque opus esse ut conditionem (modò non coactus) suscipere velit. Hocque illud esse Virgilianum, cum dixit de animis iterum reuersuris: Et longa obliuia potant. Quasi dicat, nisi magna obliuione deciperentur, nemo vellet ad superos, ad tantas miseras, ad torpedinæ, ad tor curas, tamque graues, ad tam dioram seruitutem reuerti: cogimur seruire sensibus: cumque seruerimus, infamia adest, pericula ac pœnitentia : si recusamus, torqueamur perpetuò, donec succumbamus. Quæ hæc tyrannus ? quæ iniustitia ? Sed perge quæso, si quid aliud habes, adiicere. ALB. Penè expluisti partes meas tu ipse: gandeoque non propter me, sed propter te, te esse persuasum. Sed omiseram spem illam quasi perpetuam, delicias ciborum ac portuum, quæ solæ sunt in quibus diuines felicitatem suam reposuerunt : nam venerea norunt senectute aboleri : & si conceris, præter id quod recrueunt mulieres, illis iuueni

inuenib[us]que esse ludibrio. Opes non per se voluptatem afferunt. Alea parum senecti delectat: & si perseueres, non iam ludunt, sed illuduntur. Magistratus autoritas, exercitatio, omnia cum senio conficiuntur. Dico conficiuntur: intereunt. Familiaritas quoque principum maximè exolescit: irrideris, spernetis, vitaris. Ergo in sola voluptate ciborum & potuum, reposita est felicitatis spes: atque idem tota iucunditas: nam iucundum esse non potest, nisi tutum. Hoc solum tutum est posse frui gustus voluptate semper. At vide etiam huic tam exiguo bono quanta se immiscent mala: primum pauperibus hoc non conuenit, sed & palatum senectute corruptitur: deinde si non exples desiderium, potus maximè, coena redditur Tantalea: si exples, granatum te sentis, & obbieuissimam voluptatem longo dolore torqueris: ô infelicem statum, & turpem etiam Sed dic amab[us], disputasne de vita præstabilita secundum rectam opinionem, aut vulgi sensum? CARD. Secundum rectam opinionem. ALB. Huc te venisse volo, esque cu piebam: nam quæ voluptas vera esse potest, nisi possideas quod optas? Quæ enim vita est, in cruciatu perpetua esse? neque enim mente sanus quispiam cupiat perpetuū viuere tabidus, aut cum carcinomate, vel pthoe, aut hydrope, tum maximè, cum horum finem mors sit exceptura. CARD. Fateor, ita est. ALB. Sed cruciatu animi maiores sunt quam corporis: etenim ob cruciatu animi, plurimi mortem sibi consciuerunt: ob corporis cruciatu paucissimi, imò vix vnuis aut alter legitur mortem oppetuisse voluntariam. Præterea animi cruciatu nunquam deserunt hominem: corporis verò non possunt esse perpetui: aut enim ocedunt, aut intermittunt: cruciatu etiam animi ipsum tangunt hominem: corporis autem, si quis patienter ferat, prorsus sunt ac si non essent. Animi etiam cruciatu medelam non recipiunt, non medicamentis leniuntur ut corporis. Demùm animi dolor, illiusque causa, contemptum & multa mala externa affert, ut iniuriz, aut repulz, aut iniusti iudicij: dolor corporis antem commiserationem sine contemptu. Quapropter si ita est, maior dolor est animi quam corporis, ac magis angit. CARD. Fateor. ALB. Videſne quod te deduxerim? CARD. Non profecto. ALB. Si animi cruciatu maiores sunt, & digniores ut pro illis oppetamus mortem, quam corporis: & ob cruciatu corporis mortem opere dignum est, optare necessarium, ferre commune, mortuum exuisse (si ita dici potest) iucundum: cur non ob cruciatu etiam animi assiduos intelligisne CARD. Intelligo, sed non assequor quod tendas: assentior tamen. ALB. Duobus modis verbis aperiam: qui iniuriam patitur, qui existimationem suam non retinet, cruciatur perpetuò. Vnde illud Ciceronianum: vbi non sis quod esse velis, cur velis viuere? intelligis modis? CARD. Ah quam pulchre deduxisti hanc rem. ALB. Tu modis cogita, an ille posset suam retinere existimationem, si his temporibus quibus ego & tu vix tui viuere possu-

mus, atque nos tueri; ille posset absque iniuria ad senectutem ducere vitam: & intelliges, morte beatum esse. CARD. Sed exple reliquias, quas suscepisti, partes: in hac enim perbellè mihi satisfeciſti. ALB. Quas partes? CARD. Ut etiam ostendas, non è re mea fuisse ut viueret: inde nec vtromque, nec suorum. ALB. Faciam hercule: sed volo mihi concedi: quoniam me vrges, vt si quid occurrat quod ad primam patrem attineat, quoniam illa præcipua est (neque enim Hieronymum Cardanum sui causa dolere & in luctu esse dignum est) intermisere possum. CARD. Licit ALB. Ergo statim mihi aliud succurrit argumenti genus, quo mortem quisque mente lanus preoptare debet, et si nulla eum vexet calamitas aut cura. Nonne hi beati censemur qui beati mortui sunt? hi miseri, qui in miseria? Alexandrum & Cæsarem beatos fuisse dicimus, Priamum autem miserum? Vnde sunt qui dubitant, vtrum Priamus, si ante mortem filiorum mortuus esset, beatus dici potuisse: & sunt qui à morte illud præfingant, iuxta Poëtam.

-Ultima semper

Expectanda dies homini est: dicique beatus.
Anus obitum nemo, supremaq; funeralia debet.
 Ergo præuenire calamitates infortunia bonis connumeretur, & beneficij loco repositum sit, si damnentur parens, & filius, vt parens occidatur antè. Vnde apud Plutarchum, cum Cleomenis filij & vxor ducerentur ad supplicium, nec mater impetrare potuissest ut ipsa ante filios occideretur, Strato siclea (sic enim mater appellabatur) inquit: Etiam *τίς τοι ημίτις*: id est, ô filij quæ abiitis? in misero beneficio esse ducebat, ante illos interfici si impetrasset. Cur qui omnia mala morte præuenit, beatus & fortunatus dici non debet: neque enim cuiquam mortalium nihil evenit, si ad senectutem perteneriat, quod miserum sit: quod si contingat: hunc Ioue Iunonéque genitum dicimus. Quamobrem Poëta, vt seors, nullum ex ambobus nullum genitum dixerunt, quod nullus expers sit omnis calamitatis. Quid ergo felicissimi homini conringere potest, quam sic mori, vt non possit esse infelix? Sed venio ad rationem tuam.

Si quid tibi moleſtum esse debet aut potest, duorum altero contingit: vel ob amorem qui generalior est amicitia (vnde nescio quomo illum in amicitiam, & eum qui est voluptatis causa vel utilitatis, diuiserunt: sed omitto salebras & nodos nunc querere) vel ob commodum: certè neutram ob causam tanti illum facere debes, vt doleas ac affligaris nam minore sumptu, quod ad utilitatem attinet, alium inuenire poteris: acque ed magis, quod alij liberius quam huic imperabis: parcebas enim ob charitatem, & ille ob securitatem faciliter delinquebat. CARD. Noli ista dicere à amice: nihil hoc adolescenti sincerius, fidelius, humanius, patientius, obsequientius. ALB. Omnia in ius. Sed quid profers inter haec? CARD. Hic primum plurimum me diligebat. ALB. Dupliciter peccas. Qui scis: quid ad rem: nam de commodo nunc agitur. CARD. A N. Vigil erat, ac diligens, probus, M M M ALB.

686 Dialogus de Morte.

ALB. Quisquis amans hanc, non res ipsa suadet. Argumenta in contraria partem habeo, sed non expedit adducere. **CARD.** Adducto: non forsitan ad lenitatem doloris facient. **ALB.** Non est opus: quandoquidem ubi de commode agitur, tunc pessimum sit velle consolari Cardamum, omnium non solum comodorum, sed multorum etiam necessarium contemptorem. **CARD.** Fidus erat admodum, ut nil supra, mearum consuetudinum gratus, patiens, laboriosus, humerus, modestus, diligens, obediens, mei & meorum amans, pudicus, pius, non obscurus, neque seductor, nec inconstans: non auarus, qui modico contentus erat: non avarus, inde totus bonus ac probus. **ALB.** Sunt omnia hæc: meliorem, quoddam ad utilitatem attinet, innentes, & minoris sumptui. **CARD.** Fateor: quia liberior illi imperare volens, non quia melius sit. Sed & postquam & domino exiit, hoc anno plusquam duodecim famulos exegi ac mutauit: nullus enim mensura superauit. Vt res sic te habeat, commodiorem ob ea quæ dixi inveniatur me posse confido, sed qui mihi aded gratus sit neminem. **ALB.** Ergo de amore agendum est: nullus tibi gratior erat, nullus esse poterit? At qua de causa, solum quoddam in domo sit educatus: nullam potes aliam affecte causam. Tuliisti filij mortem patienter, & ab omni non poteris? pudeat tandem hanum augurum. **CARD.** Vera refexa: sed tamen miseres suorum, qui illum expectabant: nam de amboibus, me scilicet, & ipso, eadem quo de singulis dices: duo enim nos nullius, nihil proflus significant hancem iunctam. **ALB.** Id graue mihi non est: sed parvum torquere te debet incommodum alienum. Nihil ille mali habet: si diuities erant frateres, dicitores sunt: si non erat, nec curabant an vivat, nisi illius vita eis sufficeret vitilis: at vix esse poterat. Hoc est etiam illud consideratione dignum, quoddam Angli pater aut nihil mortem curant. Et rectè quidem, ut quæ ultimum sit omnianam malorum, & quam fabre aliquando necesse sit: ac minus realiter, semel experiri quod experiri oportet, quam toties atque tam diu timere. Itaque si propriam mortem non horrent, verisimile est multo minus de aliena vel fratrum vel amicorum dolore. Constat enim, ex te ut andini, parentibus illum catusse. Verum ne illa vera sunt quæ de eis feruntur, scilicet promptos & alacres ad mortem non solum, sed ad supplicium accederet. **CARDAN.** Verissima: salutant suos, & desculpantur: filios fratresque illis commendant. Dicunt se ad vitam ire immortalem, ibi illos expectare, memoriam ut vicissim colant hortantur: leti, nullo pallore, nulla balbutie, constantes suprema ferrunt. Digni proclus misericordia, qui tam alacri animo morti occurrant: nec sui misereant. Ex hac gente fuit hic alumnus meus. **ALB.** Quali forma corporis? qualis habita **CARD.** Forma Italica simillima, candidi sunt, & nobis candidiores: non aded rubri, lato peccatorum. Sunt inter eos quidam eximia corporis præcinctitate, mosibus mansueti, ac

adueniunt amici: sed facilis ad irata, tuncque timendi. Fortes in bello, sed minus cauti: cibi & potu satis audi, non tamen adeo ut Germani: ad libidinem prouiores quam prompti. Ingenia inter illos præclaras. Indicio est Scotus, & Suisset: quibus nulli anteponi possunt. Habitus qualis Italii: se omnis propiores illis libenter iactant, ideoque student quantum possunt moribus ac vestitu eos imitari: quandoquidem forma etiam & Germanis & Gallis & Hispanis illis sine similiore. Itaque certè Europæ omnes barbari magis diligunt, quam inter se quæ differunt gentes. Parum absuit in Belgicæ vicinia, quoddam quandam Hispano similem adolescentem mecum habetem, ne nos omnes trucidarent: at nesciunt illi nostra scelerata forsitan ALB. Non omnes mali: nec ubique tot improbi. Sed perge. **CARD.** Fidi sunt, & liberales, ambitiosique. Sed quod ad fortitudinem attinet, magis mira sunt quæ sylvestres Scotti faciunt: qui cum ad suppliciumducuntur, tibicinem sibi conducunt: atque ille perficeat etiam ex damnatis cum sit, pulsando saltantes illos ducit ad mortem. **ALB.** Minus inepte forsitan, quam quæ apud nos eam deplorant: nam, ut dixi, cum omnino immortales sint animi, nulla mors hac vita, qualecumque sit immortalitatis genus, bono vito non potior est. Sed tu penetrasti ad Scotos usque? **CARD.** Maximè: atque etiam voluptatem magnam ceperit, tot inuisiendo provocans: itaque hæc saltem voluptas est viventibus. **ALB.** Imò miseria, & ipsa non leuis est. Cogita quot æstus animi, quantum frigoris corpore, quod vita pericula, quanta incommoda pertuleris. **CARDAN.** Vera dicas: sed non animaduertebam. **ALB.** Ita existimo: sed non ob id minoras dici debent, quia non sentiebas. Etsi nihil aliud esset quam non intelligi, nec intelligere illorum lingnam, nonne id maximum erat incommodum?

CARD. Verum hoc. Et mirabar, præstans cum in Anglia essem, ubi regionem prope Londonum iniquitatem, in Italia esse videbar: ubi ipsos Anglos vnde sedentes insipcerem, inter Italos omnino me esse purabam: forma, ut dixi, moribus, habitu, gestu, colore: sed ubi os aperuerant, nec verbis quidem intelligebam: ac quasi Italos insanientes ac deliros admirabar. Lingua enim in palatum inflexa, contorquent ore verba, dentibus stridulum quiddam imitantur. **ALB.** Sed & quæ suavitas esse poterat filiorum recordanti? Hoc vel solo non poretat quicquam gratum esse. Deinde, cui mortalium hæc rara auis contigit, pecunia aliena atque locupleti tam procul aduocari? atque hominem omnibus gentibus ac provinciis ob scripta non solum cognitum, sed etiam gratum? **CARD.** Vera dicas: nam aded torquebat memoria meorum, ut ob id statim redditum quiescerem, & imperari. **ALB.** Ergo si modò illa peregrinatio iucunda fuit, proptius hoc tuum munus fuit, non omnium, neque plariorum, neque peregrinationis aut peregrinantium. **CARDAN.** Sed non fuit iucunda, nisi quantum sufficija

Multitia & obliuione adiutus sum. ALB. Sed neque dolere aut admirari debes de tot aduersis quae tibi acciderunt, maximè circa filios: nam reliqua lenia sunt, & exigua si ad tantam molem seu malorum seu gloriae comparentur. Deus enim omnia æquare solet. Sed forsitan aliquando latiora aduenient. CARD. Quando? cùm ero natus. ALB. Nonne scis Aristotelem, quando de Fortitudine loquitur, dicere: Fortem beatum mori: quod in ipso mortis momento tantam voluptatem ex virtute, qua cum moriendo fungitur, capiat, ut beatum se existimat, ac dici mereatur? Quid ergo si vel extremis mensibus hoc accidat tum magis quod nemo tam senex sit, qui non sibi triennium vita possit polliceri: atque id est etiam tempestiuæ latius restitutus videbtere. CARD. At filius restitetur nunquam? ALB. Ostendam paulò post, quantum id interstit: sed hoc tui iam munere, ut ex te audio, fuit, consolari, in Theonost. CARD. Sed nouz est addita cura, qua me conquisceret non finit. ALB. Quæ: CAR. Detractione stipendi, omnino iniqua. ALB. Oh, inter tam graues luctus, locutus est memoria acceptra tam lenis iactura? CARD. Non ob id, sed cùm per eisdem sit facta hæc imminutio, per quos damnatus est filius, intelligo iam id de quo suspicabar, scilicet odio mei damnatum iniuste adolescentem, hoc est quod me torquet. ALB. Forsitan illud accidit, quod apud Aristotelem legitur: Coruscante celo Socrates cecidit: ut hæc detractione ex alia causa acciditeret. Sed si adeo hæc cura te tolleret, ut par est, quid ergo de alumno illo communiscebaris? CARD. Hæc non possunt paucis explicari: superueniente quædam, dum alumnum lugere, per quæ intellexi filium odio mei potius quam criminis suo periisse: atque id etiam declarauit, detractionem illam eandem radicem habuisse. Vnde postmodum hæc illa pro firmo argumento habita est crudelitatis in filium. ALB. Factum male, si sic est. Sed caue ne decipiaris. Omnia in mitiorem partem interpretanda sunt, non solùm quod ita deceat: sed quia his qui affliguntur, etiam conductit, ut paulò post dicturus sum. Dicturusque essem mox, nisi duplex cura me tangerebat eorum quæ iam dixisti: scilicet, ne reditus ille hominum virtus non sit, quod non eandem materialiam primam, sed secundam, scilicet idem corpus, formatum ex elementis, cuius forma est anima, esse necesse sit, ut idem homo restituatur. At hoc nunquam accidet in eternum. Altera dubitatio est, cùm surreptus est puer bimus à barbaris, & translatus in Asiam, quod non semel his annis contingit ob bella, ubi sui oblitus profusus lingua barbararum discessat, nesciat parentes, nesciat patriam, in quo magis unus est infans ille sibi iuueni iam, quam alteri barbaro: nam sibi idem certè est. Et si à parentibus recognoscatur ac redimatur, non secus quam in domo educatus perpetuè charus erit nec tamen minit quicquam: quid ergo attinet iuueni illi, cum suisse infantem vel alium? Nescio an intelligas quod dico? CARD. Non, ut vellem. ALB. Neque ego, ut vellem, possum explicare. Si tu interiisti, nunc iterum natus es, anima mansit interim edio tempore, sed expers

Tom. I.

sensus: quid attinet ad te iam prius natum quod tu sis, an ego? quandoquidem nec illè tum hoc nouerat futurum esse, nec continua-ta est hæc cognitio tui ipsius, hec tu tunc scias, nonne illi tibi ipsi (non possum dicere ut volo) tam est ut sis ego, quam tu? CARD. Et tamè interest platinum: ego enim ille sum, & securitas nunc me illa iuvat quod sim reuersurus, & pro moribus, ac factis commuta-ta fortuna. ALB. Rechè inquam: sed id est de quo maximè dubito, quo pacto sit, habeat que se hoc discrimen, tui primo à teipso, se-cundo vel à me. CARD. Idem in dormiente, in agro qui sensu destitutus diu iacuit, in eo qui insaniuit ALB. Scio esse hoc discrimen in omnibus, sed quero quale sit. CARD. Non habeo, ut verè fatear, quid dicam: video, & non video: sed iungi potest tribus illis aliis di- biis, quorum solutionem (quamquam res præ oculis proposita videantur) nunquam quæ mihi prorsus satisfaceret inuenire potui. ALB. Quæ sunt illæ? CARD. Vnum est illud: Ego dico falsum: an falsa sit, an vera oratio? Secundum: Omnes emptiones uno nummo paruo dirimi posse: quod etiā pérabsurdum videtur. Tertium, quomodo corpora deinsen-tur, ut aqua & aer, cùm quæ diuersa sunt for-ma se penetrare non possint. ALB. Sed de his alias cogitabimus. Verum nunc primum saltem, si potes, exime scrupulum. CAR. Fa-ciam ut dicis. Constat materiam hanc quam vocas secundam, si nulla alia anima interpo-natur, est formam: idèoque commutem: partem autem materiæ primæ subiectam, ori-ginem esse diuerstatis. ALB. communis non est, sed pro hominum natura hæc varia. CAR. Siquidem accidentium ratione & stellarum adiuuante influxu, non tamen secundum essen-tiam. Si enim forma humana idem est quod anima, & utraque productur ex elementorum misione, constat eam formam esse unam, sed propter materiam variari: nec enim est forma habere duos oculos, unam linguam, duos pe-des, ac reliqua huiusmodi: sed potentia quædam & perficitio in corde, quæ semper abso-luta est in omni homine: hæc ergo nullam recipit varietatem, nisi ex materia prima. ALB. Satis est. Sed si liber, hanc disputatio-nem hodiernam ad pauca redigamus, & quæ diximus. CARD. Per pulchrum iderit, maxi-mè tum si etiam præter id illa quæ colliges exornaueris. ALB. Placet.

Primum ergo ostendum est, animam esse immortalem, quomodo libet de propria eu-iusque anima loquendo, non generali illa commenticia. Sed & homines planè ipsos eam immortales: verum per interualla occidere atque resurgere, infinitoq[ue] numero singulos in hunc mundum reuerti: nam colligere animas infinitas sine corporibus: homines autem infinitos semper matatis ani-mabus, absurdissimum est. Sed necesse est eas infinitis vicibus reuerti, ut eartum definitus numerus satisficiat eternitati: reuertentibus autem, neque eadem forma, nec mo-tes, nec fortuna, nec nomen. Sed per sepe accidere, ut iidem filios, antea qui fuerint, & fratres & parentes perirent: contra habeant pro filiis, quos perirent: & eadem vicissim pati, quæ peregerint iniustè

M M m 2 in

in alios : mendicare etiam opulentos, & ditarri mendicos : omniāque hæc quodam circulo circumvolnū, vt omnia æquantur fermè exemplo discursus siderum : tamē non exācte, nec adē brevibus, vt cuperent mortales, interuallis. Interim verò trifariam contingere posse de animabus ipsis à corpore sejunctis vel ut superueniant & intelligent, quod verisimilius est, atque optandum magis, atque rationi consentaneum : nam vt qui vigilant, recordantur eorum qua in somnis viderunt, non qui dormint eorum qua per vigiliam viderint: ita post obitum & ante recordam præteritæ vitæ, & præsentia certius inspicimus: vbi in hunc somnum: id est, præsentem vitam descendenterimus, non recordamur nisi in ipsa prima infanthia. Demum superuenientibus novis imaginibus præsentium rerum velut efficacioribus obliuiscimur statim & profus eorum qua in priore vita vidimus.

Secunda est, vt remaneat anima immersa materia cuipiam, expers omnis fermè cognitionis: non tamen omnino expers, sed cuiuspiam obiecti, quod etiam perpetuò appetit, non ignara: cui opinioni fauent plurimū qua in dæmoniacis & lymphaticis videntur, in quibus omnibus vel ad imprecationes, vel ad preces pias videmus collum intumescere, faciem colari, oculorum aciem turbari: quod vix voluntarium esse potest, ac fictum, præfertim in tot hominibus & præcipue sexu & conditione ruditibus.

Tertia est, vt proflus intereat, & post eadem redeat, vt diximus ac demonstrauimus. In omnibus autem modis hæc communia esse necesse est: scilicet redditum hominum eorumdem infinitis vicibus. Eadem contingere nobis post obitum, & ad eadem reuerti quām ante obitum mutati mores, fortunam, reliquaque: & misericors probisque beatam contingere vitam, improbis infelicem: Demum eos qui damnati sint, fuisse quondam & filios & parentes, & fratres, & charissimos: & quos amas, aliquando te plectendos: iusta iniustaque pariter misceri, æquari, aboleti certo circuitu: qua omnia sic esse oportere, iam demonstrasti. CARD. Quam pulchrè hæc, qua diximus, & melius longè quām à me dicta sint, tenes.

Secundum est, quod vbi fieri posset, vt animi nostri nullo modo essent immortales, nullum proflus esse disctimen vitæ ac mortis in his qui vel sine sobole pereunt, vel quorum stirps tandem extinguitur, nisi quod qui vivunt, dolorem mortis subeunt, mortui vel non nati id non experiuntur. Ex quo patet si modò verè dictum fuit illud à Sileno) Sileni dictum quām sit verissimum: Optimum esse non nasci: his tantummodo, qui sine sobole obenunt, aut quorum stirps tandem extinguitur: quoniam hæc vita proflus cum in nihil redigatur, nihil præter mortis dolorem plus habet: ideoque optimum esse non nasci. Atque quod mirum fatis satis videri forsan pluribus potest, verissimum tamē est. Ciceroni & Alciato præstissee (quod ad illos attinet) non nasci: & perinde est eum tanta gloria, ac si non essent nati, nisi quod plus haberent mortis cruciatum: utriusque enim stirps in vnicis filiis, quos suscepérant, extincta est. Ceterum quod ad gloriam, opes,

potentiam, nomen, libros etiam ipsos, si mortalis est animus, nihil primum nunc ad illos pertinet: & omnia certo annorum spatio extinguntur atque delentur: quod quamvis nobis longum satis videatur, tamen ad perpetuitatem qua semper instat collatum, & quam subterfugere non possumus, prorsus nihil est. Sed vbi animos supposuerimus esse immortales, quo quis modo ex illis tribus melius est his solum nasci, qui per egregiam virtutem vitam ducunt, memoriamque perennem sui relinquent, quoniam sic quasi perpetuo viuere videntur: & dum viuunt verè per vitam ipsam, & interim per gloriam, maximè si quid ad eos ex illa permanauerit, tunc verò soboles & procreatio parui momenti erit: tum ob auras graues & educationem, tum ob reuolutionem illam & redditum singulorum ad singulos: vt quoniam tibi nascetur filius qui aliquando teplum peremit, tum quia minor deber esse sollicitudo perpetuitatis in stirpe, cùm simus nos ipsa perpetui. Omnesque futuros reges & sapientes, & miseros atque mendicos, & non semel, sed infinitis vicibus.

Tertium est, quod hominum supposita animorum mortalitate, quicunque sine sobole pereunt, aut quorum stirps aliquando extinguitur, hi similes sunt omnino surculis illis siccis, qui excindi solent à rusticis veris tempore dum arbores purgant: reliqui, quorum proles multa se toti generi hominum immiscet germinibus plantarum cohærentium: aut in fluminibus aquæ, qua in flumine tèdit vna ad mare: tanta verò sit mistio horum, vt etiam seminaria pereant. Quapropter si fieri posset vt mortales animi nostri essent, summa diligentia huic propagationi prospiciendum esset. Modò plerique, cùm neque huic qua ad immortalitatem pertinet, neque sanctitati vitæ prospiciant qua ad immortalitatē, palam est homines proflus insanire. At verò si non procreanti sobolem inutilis est & odiosa vita, procreanti incertum est an superflua sit, & laboriosum alere, & habētibus fratres filii eorum loco filiorum propriorum sunt: huic verò (vt dicis) duo superflunt ex utrisque parentibus fratres, nihil proflus amissum esse puta: imdē melius longè & pro eo & pro suis sic se habet. Multa nos decipiunt, propter affectus qua in singulos dies errores nostros conuincent. Seu fabula sit, documentum præbet: seu historiæ, pro exemplo est: Paridem excidio parentum & fratum atque sororum & patrizenatus esse: cum tamen natus est, qualia fuere omnium illorum vota, quale gaudium? Hoc firmum habeto, nihil melius ei contingere potuisse: deteriora infinita, non solum pro te, sed pro illo. Qui lucri exortem mercaturam exerceat, cauere debet quām diligentissime, nec quicquam ex forte pereat. Ita cùm nihil melius, vt dixi, homini esse possit, vt adolescenti illi, malles superfluisse, vt damnatus occideretur à carnifice, in carcere maceraretur, in leto marceret, aut vt tibi causam daret interitus, aut alicui ex tuis, vt serd amissio aliquatarum optares ei mortem: sunt fortunæ causis multi aduersi, mutantur facile ingenia hominum, & maximè iuuenum & pauperum, & qui voluptatibus dediti sunt: quibus illum ad dictum

dictum fuisse, non negabis. Quid si bene illi fuisset, quod (ut dixi) difficile erat, nactus autem occasionem, grande aliquid surripuisse vestiario illi: pericula vndequeque: si causatus, ab eo, & minoria: si simplex, à consultoribus, & maiora. Sin autem aliquid (ut ostendi) supereret, non est ut doleas.

Quartum, quod ostendimus, est, vitam nostram pluribus, & maioribus malis quam bonis abundare: bonaque non sentiri, quoniam in indolentia reposita fint nec illum esse bonum sine malo, multa esse, mala omnis boni experitia. Si edis, fames praecessit, aliter insuauie est quicquid editur: persæpe tamen continget ut fame premaris, nec tamen possis edere: si pecunias habes, custodia opus est, sollicitudine angeris: si non habes, torqueris: ita ut nemo sui causa natus videatur, sed potius alioatum. Præstat ergo, non esse. Recensuimus præterea vndique difficultates & causas dolorum. Quare nil melius quam non nasci, aut statim natum interire: si ad proprium commodum respiciamus. Quid ergo est hoc in casu quod dolere possis? CARD. Dolorem certè leuasti: vincor rationib. quamvis sensus quipiam retineat molestum, & ut puto fallax. Non amplius illum video: fidum habebam familiarem: desistui eum, qui ut me committaretur, omnes suos reliquit: socors fui in curando eum, & ingratius: qualem gratiam fratribus qualem si viuerent parentibus rependere possem? Non me mouet, quod in xenodochio perierit: nam ego in agro perire velim sepeliti in gurgite: facilis iactura sepulchri. Moses, tantus vir, & tam prudens, sepulchrum suum ignorari voluit. ALB. His omnibus oppone duo haec: infornitia tua assida, ut si omnino culpa aliqua tua sit, non tua est, sed eorum qui tibi causam præbuerunt huius impedimenti: Pecunia data vestiario ab infamia, animus probus & conscientia à culpa omni te liberant. Alterum est, gloria nomini illius atque

parentibus fratribusque æternâ tuis labioribus & industria parta: qui aliqui domi manentes, etiam si Crebro dicitur, etiam si ignorati fuissent. An parum est hoc, nomen suum posteritati perpetuis his tuis monumentis commendari? Existimo, si animus illius ac parentum aliquid intelligit, ut credo, letati hac tua diligenti historia ac commendatione nominis sui atque familie. Neque enim dubito, te, qui etiam minoribus ex causis soles omnia conscribere, tua haec pulchra inuenta, nugisque nostras simul immistas conscripturum, & (ut soles) etiam expolitum. CARD. Nugas: proh Iupiter, nunquam melius dici, quam ab Albitio, in hac causa potuisse credo: atque utinam tamen liceat memoriter, ut dicta sunt, tradere: nedum ut quicquam addete audeam, nisi forsitan paucula haec carmina in adolescentis laudem, que pro ornamento monumenti illius erunt:

Venisti iuuenis, dulcissima cura tuorum.

Infaelix nostrum ut prosequeretur iter.

Excepit a te, que in me directa sagitta:

Non tua, sed mea fors, iuinda sic rapuit:

Debebar mori, patria iam odiiisque meorum:

Suscipit hoc celum filius ipse meum.

Errarunt superi: quid mirum errasse senatum?

Infantes iuuenes sic periisse duo.

Quantum nunc lucu, quantum est nunc vita superstes,

Debebo utique, & sic licet impar amor.

Quaritus, unde mibi nata est haec ira deorum?

Crediderant cali fata reclusa fui.

ALB. O beate. Rechè enim ille Iulus Sealigner, quanquam ex professore inimicus, appellauit ingenium tuum felicissimum: quod ego tum non credebam: sed, ut video nunc, haec carmina extemporaneæ fabricata, ut nec horulæ dimidium consumperis: intelligo de te illud Horatianum verè dici posse:

Grajus ingenium, Graia dedis ore rotundo

Adiuva loqui.